

**Dissertatio medica de neglecto remediorum vegetabilium circa
Argentinam nascentium usu specimen, quod duodecim comprehendit
plantas, sistens / [Johann Philipp Boecler].**

Contributors

Boecler, Johann Philipp, 1710-1759.

Boecler, Johann, 1681-1733

Université de Strasbourg

Publication/Creation

Argentorati : Typis Johannis Henrici Heitzii, [1732]

Persistent URL

<https://wellcomecollection.org/works/c4ew2h6e>

License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
<https://wellcomecollection.org>

Q. D. B. V.

DISSE^TRAT^IO MEDICA
DE

NEGLECTO REME-
DIORVM VEGETABILI-
VM CIRCA ARGENTINAM

NASCENTIVM VSV SPECIMEN,

QVOD DVODECIM COMPREHENDIT

PLANTAS, SISTENS,

^{QVAM}

DEO AVSPICE ET ADJVTORE,

^{SVB}

PRÆSIDIO PATERNO

DN. JOHANNIS BOECLERI

PHIL. ET MED. D^R. BOTANIC. RELIQVÆ QVE

MATERIÆ MEDICÆ PROF. PVBL. ORDIN.

CAPIT. THOM. CANON.

h. t.

VNIVERSITATIS RECTORIS
SOLENNI ERVDITORVM EXAMINI

h. l. c.

AD DIEM X. MENSIS JVNII ANNO MDCCXXXII.

^{SVB} MITTET

JOHANNES BOECLERVS, Argentoratensis,
AVTHOR.

ARGENTORATI,

TYPIS JOHANNIS HENRICI HEITZII.

DEO MATERICE HILARIOE
LVRIDUS. O
PER. CLOVIS. HEC
AVIUS. PROFE
TAT. VENIT
SIS. O
LMI. A
CUM. S
Q

VIRO
PERILLVSTRI
GENEROSISSIMO atque EXCELLENTISSIM
DOMINO
DN. FRANCISCO JO
SEPHO ^{DE} KLINGLIN
GALLIARVM REGI
a CONSILIIS,
SVPREMI, QVOD COLMARIÆ EST, DIC
STERII REGII CONSILIARIO
ET
EQVITI HONORARIO
CIVITATIS REGIÆ
ARGENTORATENSIS
PRÆTORI REGIO
TOTIVS MAGISTRATVS ARGENTINENS
PRÆSIDI GRAVISSIMO
VNIVERSITATIS PROTECTO
GRATIOSISSIMO,

NEC NON
V I R O
GENEROSSIIMO MAXIMEQUE STRENUO
D O M I N O
DN. IO. LUDOVICO
WVRMSER,

DE VENDENHEIM ET MISSENHEIM, EQUITI
ALSATÆ CIVITATIS REGIÆ ARGENTINENSIS PRÆTORI
ATQUE TREDECIMVIRO MERITISSIMO, CANCELLARIO
VNIVERSITATIS EMINENTISSIMO


UT ET
V I R I S
MAGNIFICIS, NOBILISSIMIS, AMPLISSIONIS,
CONSULTISSIMO atque PRUDENTISSIMIS

DN. PHILIPPO CASPARO
LEITERSPERGER,
CONSVLARI atque TREDECIMVIRO CELE-
BRATISSIMO, SCHOLARCHÆ VNIVERSITATIS
FAMIGERATISSIMO

DN. IOH. CHRISTOPHORO
REICHARD,
TREDECIMVIRO LAUDATISSIMO ET
VNIVERSITATIS SCHOLARCHÆ
DIGNISSIMO.

HOCCE
QVALECVNQVE SPECIMEN ACADEMICVM
IN
DEBITÆ OBSERVANTIAE PIGNVS
ET
GRATISSIMI, OB INSIGNIA BENEVOLENTIAE
SVMMÆ IN GENTEM BOECLERIANAM COLLATA
TESTIMONIA, ANIMI SIGNVM
EA
QVA PAR EST,
DEVOTA ANIMI SVBMISSIONE
D. D. D.
TANTORVM NOMINVM

OBSEQVIOSISSIMI ET PERPETVI
CVLTORES,
JOH. BOECLERVS, Pater
&
JOH. BOECLERVS, Filius.



PRÆFATIO PRÆSIDIS.

Non exiguo me perfundi gaudio,
quando læta, quæ genti meæ
contigerunt, in alma hac Uni-
versitate, fata mente recolo, si
vellem negare, nemo utique fidem adhibe-
ret. Seculum fere effluxit, ex quo JOH.
HENRICVS BOECLERUS Avus
meus primum laboribus Academicis
in Gymnasio admotus fuit, quo tamen in
pulvere scholastico non diu permanxit, dum
statim anno insequente nempe 1637. Pro-
fessor eloquentiæ a Venerando Senatu Aca-
demico constitutus est, cui Professioni postmo-
dum munus Historiam tradendi junctum,
quibus officiis usque ad annum 1648. præ-
fuit. Eo enim tempore in Sueciam, a
gloriosissima Regina Christina vocatus, post
ob-

obtentam dimissionem, concessit. Cum
autem climatis Suecici rigorem perferre
non posset, Argentinam anno 1654. rediit,
Et priorem stationem rursus facile obtinuit,
qua, etiam ad finem usque vitæ, qui
incidit in annum 1672. cum approbatione
Procerum defunctus est. Pater JOHAN-
NES BOECLERUS anno 1685. in Pro-
fessorem Medicinæ electus, eam artem us-
que ad annum 1701. quo ex vivis exces-
sit, docuit. Modo dicto anno frater meus
natu major JOHANNES HENRICVS
BOECLERVS, dignitate Professoria Et
quidem in Facultate Juridica, exornatum
se vidit, quam etiam per triginta Et quod
excurrit annos possedit. Anno hujus seculi
octavo mibi ista contigit felicitas, ut me be-
nevolus Procerum Et Membrorum Uni-
versitatis affectus ordini Professorio adscri-
beret Et mihi primo quidem scientiam na-
turalem, postmodum artem Medicam pro-
fitendi munus committeret. Sub initium
tandem hujus anni placuit DIVINÆ
PROVIDENTIÆ fratrem natu mino-
rem JOHANNEM FRIDERICVM
BOECLE-

BOECLERVM Doctoris Publici titulo
cohonestare & quidem in Facultate Juri-
dica. Quod si ulterius considero, me jam
quarta vice, præter officium Decani quod
pluries in Facultate Medica & Philosophi-
ca gessi, Rectorali honore condecoratum
esse, fascesque Academicos prima vice ex
manibus Præceptoris, altera ex integerri-
mi Juris Antistitis, tertia vero ex carissimis
desideratissimi fratribus, quarta autem
vice ex amici optimi manibus accepis-
se, illosque bis Præceptoribus, semel Discipu-
lo reddidisse. Quod si etiam perpendo, quod
dum prima vice Clavos Regiminis Aca-
demici tenerem, frater natu minor, sub meo
qualicunque præsidio positiones ex Physica
curiosa depromptas propugnarit, nunc au-
tem sub Rectoratu meo quarto me præside
exiguos suos profectus publico exponere au-
deat Filius natu major. Quod si hæc, in-
quam, exactius ruminor, utique mibi exclamandum est, minime dignus sum omnium
miserationum & beneficiorum, quæ Altissi-
num Numen in me meamque familiam
cumulatissime contulit. Id quod Tu etiam

mi fili gratissimo debes agnoscere animo.
Pensita, quod Tu^r, qui vocaris JOHAN-
NES, sis JOHANNIS HENRICI PRO-
NEPOS, JOHANNIS NEPOS, JO-
HANNIS FILIVS & quod habueris
patruum JOHANNEM HENRICVM,
& nunc alterum adbuc Tibi colere liceat
JOHANNEM FRIDERICVM. Sint
tibi hæc stimulo, ut veræ Religioni addictus
Deum semper ex intimo cordis affectu dili-
gas atque colas, ejusque sanctissimæ volun-
tati nunquam refractarium te præbeas.
Calcar hæc Tibi addant, ut semper in ve-
ræ virtutis tramite incedas, nec deflectendo
nomini Tuo labem aspergas. Laboran-
dum & studiis seria & indefessa cura in-
cendum, si DIVINAM nobis GRA-
TIAM & Patronorum favorem volumus
conciliare, ne dicam de eo, quod de omnibus
nostris actionibus aliquando erit reddenda
ratio. Ad precor Tibi SVMMI NVMINIS
auxilium, quo talis evadas Medicus, qui
DEO & Proximo inservire queat. Ora
& Labora. Cætera omnia ab OMNI-
POTENTIS providentia expecta.

)

PRO

Proæmium.



Ommune vix non omnium mortalium menses obſi-
dens vitium observatur , ut novitatis avidi ea, quæ ante pedes sunt, ut ita lo-
quar, ſpernant, & extraneis inhient ; Non dicam jam de condimentis & aromatibus indigenis, Coriandro, Anifo, Carvi &c. quibus rariora & chariora ex ultimis orbis terrarum clauſtris & ex æſtu etiam multum di vexatis zonis accerſita aromata, ut eſt Piper, Caryophylli, Zingiber &c. præferuntur, cum tamen tam acria tam fortia noſtrorum coporum constitu-
tionibus non æque videantur proficua. Sed de eo tantummodo loquar , quod etiam remedia, quæ a DEO ſingulis regionibus benigniſſime & haud raro ubertim confeſſa ſunt, alto contemnuntur ſuperci-
lio, etiam a vilis conditionis hominibus. Sicuti autem error hic popularis totum fere

fere orbem pervagatur, ita quoque nec ab eodem plane liberatam perspicimus nobilis nostram *ALSATIAM*, imo dulcissimam nostram patriam, Almam *ARGENTINAM*. Haud pauci enim remedia vulgatissima & ubivis fere prostantia, non aspiciunt, sed plane aversantur. Qualis error præsertim circa regnum vegetabilium viget; qui me induxit, ut crediderim, non omnimodo inutile fore, si dissertationis Academicæ loco, hac de materia aliquid in chartam conjicerem. Animus nempe est dicendi de neglecto remediorum vegetabilium circa Argentinam nascentium usu. Evidem si omnium mentionem adjicere voluissem, utique nimis excrevisset opus, & cancellos disquisitionis publicæ transcendisset, hinc tantummodo specimen aliquale edere constitui, in quo duodecim plantas, ubivis obvias, duodecim capitibus examinandas sumpsi. Non nego me PRÆEVNTEM in *Cynosura medica parentem* subsecutum esse & ipsius etiam verbis atque methodo inhæsisse, sed eodem

ju-

jubente & volente quædam addidi & præ-
fertim loca authorum adjunxi. Bene equi-
dem mihi constat, me adhuc Tyrонem es-
se & tali operi minus aptum, sed si hallu-
cinatus hinc inde fuero, veniam me impe-
traturum spero a BEN. LECT. quem ro-
go, ut perpendat, me pro exercitio Acade-
mico hunc laborem iniisse. Deus T. O. M.

Divina sua gratia meis conatibus cle-
mentissime ex alto bene-
dicat.



PULSATILLA.

Conspicimus instantे Vere, imo Vere ipso, quasi pulsantem anni ostia PULSATILLAM, ab Anemone semine nudo in caudam tenuato juxta TOURNEFORTIUM (1) differentem, quam *Nolam culinariam* alii a figura, aut *Herbam venti*, a seminum pappis levissimo vento trementibus, nominant. Nostro idiomate Küchen-Schell / Küh-Schell / a figura floris, Wind-Krauth / Bock's-Barth a semine, Schotten-Blumen / Öster-Blumen / Bib-Wurz / grau Bergmänlein / Hacfe-Krauth / Gallice Coquelourde appellant, flore suo rosaceo, purpureo cæruleove, rarius albo vel cinereo resplendentem, & non solum in locis montosis provenientem, sed & campos apricos aridosque atque steriles hinc inde magna in copia exornantem: sed intacta relinquimus & FOLIA & FLORES & RADICEM. Folia equidem acerrima sunt, ut hoc quoque testatur magnus ille Botanicus PITTON TOURNEFORT. (2) & HIERONYMUS TRAGUS. (3) Hinc non mirum est, quod recentia exterius apposita vesicas excitent,

A

eaque

eaque ratione in exterminandis verrucis, maculis
 que & aliis cutis nævis, ac, referente TRAGO (4)
 unguium vitiis putridis itidem vulneribus pro-
 esse queant, qualem effectum etiam edit succus.
 Utilem quoque operam præstare possunt in fe-
 bribus tam intermittentibus quam continuis &
 malignis imo pestilentialibus & peste ipsa, dum
 (uti quidam loquuntur) contusa plantis pedum
 aut carpis applicata, venena extrahunt. In mor-
 bis quoque soporosis efficacia existunt. In Ischi-
 adico porro malo opem ferunt, loco dolenti appli-
 cata. Suppeditant, ut MICH. BERH. VALEN-
 TINI. (5) docet spiritum abstractitum in Scor-
 buto & impuritate sanguinis conducibilem &
 aquam destillatam, in Quartana in hydropem
 abeunte laudabilem, quæ aqua insuper commen-
 datur in ipsa peste, cum fudorem provocet ad
 aliquot uncias sumta. Nec minus juxta JOA-
 CHIMUM CAMERARIUM (6) in febribus in-
 termittentibus conduit. Externe quoque profi-
 cuam TRAGUS (7) & BARTHOLOMÆUS
 ZORN (8) pronunciant. Ast licet etiam hæc fo-
 lia, monente iterum TRAGO, (9) magis exte-
 nis quam internis Corporis partibus debeantur,
 cur etiam spernimus radicem crassam, longam, ni-
 gricantem, sapore moderate acri aliqualiter amaro
 præditam, foliis temperatiorem, cum tamen ob-
 partes constitutivas, quas TOURNEFORT (10)
 recenset, vi diaphoretica & alexipharmacæ pol-
 leat, ita ut febribus etiam malignis, morsibus iti-
 dem

dem venenatorum animalium, &, ut **CASPARUS SCHWENCKFELDT** (11) habet, pestilentiae medeatur. Datur hæc radix ad 3*β.* ad 3*j.* & ultra in Vino vel alio vehiculo. Ex ipsis quoque floribus, sunt qui Syrupum parant, in variolis & morbillis, pectoris quoque affectibus ~~hæc~~ innoxium, differente **ZORNIO** (12). Radix hæc annotante **TRAGO** (13) sternutationem ciet, & observante **JOHANNE BAUHINO** Basileensi (14) atque **SCHWENCKFELDTIO** (15) masticata pituitam elicit, succus etiam naribus attractus mucum extergit, ut habet **MELCHIOR SEBIZIUS** (16) id quod etiam aqua præstat.

¶. Rad. Pulsat. rad. Cichor. Semin. Perfol. ana seu partes æquales. Quotidie exhibetur quantum aliquot cultricuspidoibus capi potest, in vehiculo, iusculo, vino, vel alio ad Hernias. Infantibus datur in paulo minori copia: opus autem est ut simul debita usurpentur subligacula. Sunt qui ex radice parant conservam magnopere a **JACOBO THEODORO TABERNÆMONTANO** celebratam, a præservatione a peste, qui author quoque vinum ex radicibus Pulsatillæ ad eundem scopum ut & ad morsus & puncturas animalium venenatorum commendat.

(1) IN INSTITUTIONIBUS REI HERBARIAE Clas. 6. S. 7. g. 2.
hæc leguntur verba. Pulsatilla est plantæ genus, flore rosaceo, plurimis scilicet petalis in orbem positis constante: ex cuius meditullio surgit pistillum staminibus plerumque obsitum, quod deinde abit in fructum,

in quo velut in capitulum colliguntur semina in tenui
capillamentum desinentia. His notis addenda sunt
foliola quædam caulem infra florem cingentia, non
secus ac in AXEMONE, a qua differt PULSATILLA se-
mine nudo in caudam tenuato. Qua occasione etiam
id notare volo, quod Author putet; Verbum Italum
PULSATILLA Latinum fecisse Herbarios. Pulsatilla fo-
lio crassiore & majore flore, C. B. Pin. 177. Pulsatil-
la purpurea coerulea. I. B. 3. 409. Pulsatilla. Dod.
Pempt. 433.

- (2) DANS L'HISTOIRE DES PLANTES, QUI NAISSENT AUX ENVIRONS DE PARIS, *Herbor. 2.* Cette plante est si acre, que la seule Vapeur des feuilles broyées entre les doigts, semble bruler le nez & penetrer jusques dans le cerveau.
- (3) IN LIBRIS DE STIRPIBUS, QUÆ IN GERMANIA NA-
SCUNTUR, a DAVIDE KYBERO ARGENTINENSI IN
LATINUM CONVERSIS. l. 1. c. 137, Si teratur hæc
herba adeo acris est, ut etiam lacrymas eliciat.
- (4) l. c. Herba recens tusa cumque succo suo duris & sca-
bris unguibus imposita absumit, quidquid id est vitii.
- (5) IN MUSEO MUSEORUM, l. 2. p. 2. Andere destilliren
auch ein Wasser von dem Krauth und brauchen solches
gegen das viertägige Fieber, welches es zu curiren und die
darauff folgende Wassersucht zurück halten soll/und glaube
ich/ daß man einen guten Spiritum abstractum davon
haben könne/welcher im Scharbock und anderen Unrein-
igkeiten des Geblüts nicht undienlich seyn sollte.
- (6) IN HORTO MEDICO & PHILOSOPHICO. Hujus her-
bæ aquam stillatitiam exhibent in Borussia cum aliquo
successu in febribus tertianis & intermittentibus ac si-
milibus, cum sit admodum ἐκφρατικὸν medicamen-
tum.
- (7) l. c. Succo etenim papulæ, mariscæ, verrucæ & maculæ
exteruntur,
- (8)

- (8) IN BOTANOGIA MEDICA, das aus den Wurzlen und Blumen destillirte Wasser äusserlich gebraucht / vertreibet es die Flecken des Angesichts/ und thut gute Hülffe denjenigen / so zittern/ lahm und contract seyn / die Glieder damit gerieben.
- (9) l.c. *Ubi ita loquitur.* Herba venti calida est & sicca, debetque magis externis, quam internis corporis partibus adhiberi. Si vero sit Ranunculi genus, (quod ego mihi persuadeo) duntaxat extrinsecus usurpari debet, & nunquam intro sumi.
- (10) l.c. Par l'analyse chimique cette plante donne beaucoup des marques d'acide , beaucoup de Souffre & beaueoup de terre, peu de Sel fixe & point de Sel volatile concret. Id quod annotat de L'EXTRAIT DES REGISTRES DE L'ACADEMIE ROYALE DES SCIENCES.
- (11) IN STIRPIUM SILESIÆ CATALOGO. Radix foliis mitior est. Adversus pestilentiae contagia , venena , virulentorum animalium ictus ac morsus pota commendatur.
- (12) l.c. Man bereitet auch einen Saft aus den blauen Blumen/ gleich dem Bryolen-Syrup/ treibt auch mächtig bei den Kindern die Pocken und Masern aus ; thut gut der Brust und Lunge/ macht Aufwerffen / stillet den Husten/ und vertreibt die Engbrüstigkeit / derowegen diese Blumen von etlichen Lungen-Blumen genennet werden.
- (13) l.c. Radix siccata naribus indita sternutamenta ciet.
- (14) IN HISTORIÆ PLANTARUM UNIVERSALIS, tom. 3 part. 2. Cruda vero mansa pituitam elicit.
- (15) l.c. Cruda mansa pituitam elicit.
- (16) IN TRAGUM, p. l.c. 137. Den Saft in die Nase gezogen ist ein Caputpurgium, und reiniget das Hirn von Schleim und Röß.

CALTHA PALUSTRIS.

Exornat verno tempore lœtantia , dulci præsertim uligine, prata, flore suo aureo, luteo vitellino, CALTHA PALUSTRIS, quæ nostratis ab effectu, quod Vaccis pro fit ad conciliandam butyro flavedinem, Butter-Blum / Schmalz-Blum / audit , cuius causam evolvere nititur SIMON PAULI Regis Daniæ Medicus. (1) Vocatur alias Dotter-Blum / Geelwiesen-Blum / Goldwiesen-Blum / ob colorem quo nitet , Moß-Blumen / Matten-Blumen quod frequenter in humidis inventiatur locis. JACOBUS THEODORUS TABERNAMONTANUS (2) & cum eo TOURNEFORTIUS (3) POPULAGINEM nominant, quod inter Populos nascatur. TRAGUS (4) putat hanc plantam esse Caltham Vergiliū sive Virgilii ; Rechte TOURNEFORT (5) a reliquis Calthæ speciebus separat & peculiare genus plantæ constituit. Licet autem rarioris inter homines sit usus & pueri tantummodo floribus maxime gaudeant, tamen juxta modo dictum TRAGUM (6) oleribus accenseri potest culinariis, & flores æque ac folia in usum cedere possunt Medicum : refragantibus etiam TRAGO (7) & SIMON. PAULI. (8) Cum enim docente THEODORO ZWINGERO (9) contineat sal alcalinum volatile temperatum cum partibus sulphureis seu oleosis balsamicis, utique sanguinem purificare & temperare poterit. Hinc ejus usus non erit spernendus in scors

scorbuto. Cum præterea planta sit admodum succosa & oleracea , utique & Lac augere capax erit. Nec eandem fere ob rationem in vulneribus & ulceribus mundificandis atque sanandis omnino deerit. Sunt qui in affectibus Hepatis & Lienis commendant, sic JOACHIMUS CAMERARIUS, MEDICUS NORIMBERGENSIS (10) dicit flores siccatos hujus plantæ, quam vocat etiam *Tus-silaginem alteram, Farfugium aut Farravum aut Chama-leucen*, in vino assumptos aut juscule, colorem icteritiū fudando abigere. Quem tamen effectum alii v. g. THOMAS PANCOVIUS , Med. Aul. Brandenburg : (11) Floribus Calendulæ adscribere malunt. Tandem folia ad tormina infantum laudantur, ut docet SCHWENCKFELDT. (12) Externe apum ictui foliorum succus illitus succurrere dicitur.

(1) IN QUADRIPARTITO BOTANICO classe secundaⁱ, ubi hæc leguntur verba. Notandum præsertim Physices studiosis quod Caltha, Majo mense florente, maxime tingatur lac, aut potius butyrum, cuius causam veram ut indagent, chymica dogmata illis subsidio esse possunt; Reor vero & scisco in sale & sulphure calthæ florum tincturam hanc esse indagandam, quæ una in lac apparenter albicans transeunt, iterumque in butyro veluti efflorescunt, æque ac novimus ex iisdem principiis, sale nempe & sulphure volatilibus, causam esse petendam quod lac ac butyrum allium sylvestre refipient, si eo pascantur vaccæ. Idem alii perhibent usu venire, si scordio vaccæ vescantur, vel alliaria.

(2) I.c. DE PLANTIS. S. II. c. 31.

(3)

- (3) IN INSTITUTIONIBUS R. H. cl. 6. f. 6. g. 13. Populago a populo, quod inter populos nascatur.
- (4) In l. 1. c. 44. DE STIRPIBUS GERMANIÆ, ita differit: Latinum quodnam habeat nomen ignorare me fateor, tametsi cum flos sit vulgaris, Caltham vocari posse putto, cuius in Alexi his verbis meminit VIRGILIUS.

Mollia luteola pingit vaccinia Caltha.

- (5) l. c. Populago est plantæ genus flore rosaceo, pluribus scilicet petalis in orbem positis constante; ex cuius meditullio surgit pistillum, quod deinde abit in fructum membranaceum, in quo velut in capitulum colliguntur plurimæ vaginæ plerumque deorsum inflexæ, seminibusque foetæ ut plurimum oblongis.

Populago flore majore TOURN. I. R. H. Populago major Tab. Ic. 750. Caltha palustris flore simplici. C. B. Pin. 276. Caltha palustris. I. B. 3. 470.

- (6) l. c. Sapor herbæ, florum radicisque idem est qui & oleum, unde existimo posse illam oleribns culinariis in cibo adjungi.

- (7) l. c. Pueri maxime his floribus gaudent. Neque hodie in Medicina ullum usum habent.

- (8) l. c. Caltha Medicorum usibus inutilis.

- (9) IN THEATRO BOTANICO, l. 4. c. 43. Die Blätter der Doister-Blumen haben in ihrem vielem Saft ein alkalisches / flüchtiges/ temperiertes Salz / neben wohlgejohrenem Schwefel und Delicht Balsamischen Theilgen / und Dannenhero treffliche Eugenden/ das scharffe Scharbocktsche saure und versalzene Geblüt zu reinigen und zu versüßen/ die Verstopfung der Leber und Milz zu eröffnen / den Säugenden die Milch zu mehren/ Wunden und Schäden zu säubern und zu heilen.

- (10) Ut referunt TABERNÆMONTANUS atque PANCOVIUS.

- (11) IN PLANTARUM EARUMQUE VIRIUM INDICE. CAMERA-

MERARIUS schreibt zwar man brauche die gedörten und gepulverten Dotter-Blumen in einer Brüh oder Wein/ und schwieze darauf/ die böse Farb zu vertreiben. Aber ich halte dafür/ daß solches vielmehr von den Blumen der Calendulæ zu verstehen / dann dieselbe den Schweiß kräftig treiben und zur Gelbsucht nützlich gebraucht / auch von etlichen Dotter-Blumen genannt werden.

(12) IN STIRPIUM SILESIÆ CATALOGO. Infantium tor-
minibus decocta herba insestu; muliercularum experi-
mento medetur.

BONUS HENRICUS.

Sponte proveniens locis incultis, asperis pa-
gorum areis, antiquis arcibüs, rüderibus, juxta pa-
rietes, ad viarum margines & sepes, Majoque men-
se & æstate florens spectandum se præbet notissi-
mus, a qualitate, ut DODONÆUS (1) habet, sic
dictus BONUS HENRICUS, BONUS HEN-
RICHUS , juxta TRAGUM (2) BONUS HEN-
DRICHUS ab ADAMO LONICERO. (3)
Guter Heinrich/ gut Heinrich/ stolzer Heinrich/ ut
distinguatur a perniciosa ista planta, descripta a
CONRADO GESNERO (4)- quam malum Hen-
ricum appellat. *Tota Bona* ab aliis imprimis DODO-
NÆO (5) atque LOBELIO (6) nuncupatur. A
foliis unctuosis explicante SEBIZIO (7) cognomi-
natur, *Lapathum unctuosum*, *Rumex unctuosus*, Ger-
manis ab axungia Schmerbel/ Schmerbel-Krauth/
Schmerling/ schmierigt Mangold dicitur. Sunt
qui χρυσολαχανον, Chrysolachanum hoc est olus

aureum esse suspicantur teste DODONÆO (8) Atriplex porro canina Hundsmelden referente ZORNIO (9) ut & Spinachia viarum, wild Spinach/ item Lämmerrohren/ Langwurz/ Hackenschar audit. Gallice *Bon Henry* vocatur. A quibusdam Mercuriali accensetur, sed male ut pronunciat LOBELIUS (10): nonnulli ad Lapathum referunt a quo tamen effectibus discrepat, censente SIMONE PAULI (11); Alii Atriplicem esse putant, sed meliori jure a TOURNEFORTIO (12) Chenopodii species judicatur. Recensebant olim BONVM HENRICVM inter olera alvum lubricantia, qua de re cum aliis differit SEBIZIVS (13) nec mirum, cum abundet partibus succulentis aquosis cum quibusdam nitrosis & oleosis, ut narrat ZWINGERVS (14). Exulat hodierno die eculinis, ut SEBIZIVS jam (15) refert, licet dicatur gratior esse Mercuriali & ad spinachiam accedere juxta SCHWENCKE LD T (16) atque LOBELIVM (17). Candicans, ut loquitur MATTHIOLVS (18) hæc planta, quibusdam calida & secca, aliis vero frigida & humida creditur, qua de lite consulendus SIMON PAULI (19). Resolvit digerit, abstergit atque expurgat, prouti memorat SEBIZIVS (20) Vulneraria existimatur insignis, unde etiam nomen habet juxta TRAGVM (21) in, glutinandis vulneribus recentibus, & expurgandis ulceribus præsertim antiquis putridis & verminosis, ut docent cum SEBIZIO (22) SCHWENCKE LD T, (23) atque DODONÆVS (24) Aplicantur.

cantur autem vel ejus folia vel succus expressus. In ulceribus tibiarum egregie conducit pronunciante KOENIG (25) Scabiem & herpetem sanat hæc planta dicente ZORNIO (26). Virtus aphrodisiaca radici adscribitur, ita utea propter a PARACELSO juxta ZORNIVM (27) Cupidita vocetur. Phthisicis & tabidis prodeffe scribit SCHWENCKFELDT (28) qui asserit porro (29) quod inserviat quoque ad apostemata equorum. Ob vim paregoricam, in hæmorrhoidibus dolentibus celebratur a SEBIZIO (30) JOH. VINCENT-FINCK (31) aliisque. Imprimis autem ad mitigandos podagricos cruciatus mirum quantum laudatur ab allegato SIMONE PAULI, cuius sermonem (32) integrum hic apponere non abs re fore judicavi.

(1) STIRP. HIST. PEMPT. 5. l. 1. c. 26. Vocatur Bonus Henricus a singulari quadam utili facultate.

(2) DE STIRP. HIST. l. 1. c. 104.

(3) DE NAT. & VIRIB. PLANTARUM.

(4) IN QUADRUPEDUM HISTORIA CAP. DE BOVE. Provenit apud nos (in Helvetia) noxia quædam herba, a qua non solum ipsi boves abstinent, sed etiam gramine circumcirca nascente, licet eodem equi vescantur. Rustici quidam apud nos malum florem, alii malum Henricum appellant (Ægolethron ego existimo) Caulis ei albus, pedalis, solidus & substantia quadam humida mollique infarctus: Flores hirsuti, purpurascentes, in spicam congesti, ut in testiculo canis fere: Semine rotundo instar Milii, gustu subadstringente: Radice altissima nodis quibusdam exasperata & veluti squa-

mata, longissima ad quinque vel sex cubitos descendente, quamvis raro integra effodiatur. Recens plane frigida humidaque tactu percipitur; vites vicinas corripit & frigore suo lædit.

- (5) *I. c.* PLINIUS Chrysolachanum quod in Pineto nascitur, sanare ait nervos incisos si confessim imponatur. Hoc autem si Tota Bona præstare queat, non abs re, nec temere nomen suum adepta est.
- (6) STIRP. ADVERS. Nov. Tota Bona perquam optima.
- (7) DE ALIMENTORUM FACULTATIBUS, *I. 2. c. 7.* Lappathum unctuosum cognominatur, quoniam folia ejus pingua sunt, ac si axungia aliqua fuissent inuncta. Unde & nostratisbus Schmerbil vocatur ab axungia, quæ Schmer dici solet.
- (8) *I. c.*
- (9) IN BOTANOLOGIA MEDICA. Lämmert Ohren / Sangwurz / Hacken Schar / wild Spinetsch / Spinacia viarum, Hunds melden vielleicht darum daß sie gerne wachsen daß die Hunde hinstallen.
- (10) *I. c.* Tota Bona perquam optima magisque usu quam ulla peritia recepta Mercurialis credita fuit jam diu a plebe muliercularum, aut illis non multo peritoribus Pharmacopoeis Anglis, quam adhuc inscitiam magis pertinacia quam ulla ratione fovent, quia favit illis eventus. Si quidem est huic plantæ detersoria facultas multo quam Mercuriali, tutior in morbis fervidis, nec tamen est ignavæ in attrahendo facultatis.
- (11) QUAD RIP. BOTAN. *cl. 3.* Quod si formam externam hujus plantæ intueamur, referenda ad Lapathi est species, ast si effectus & qualitates contempleremur nihil commune præter formam externam cum Lapatho habere apparet.
- (12) I. R. H. *cl. 15. S. 2. g. 4.* Est enim plantæ genus flore apetalo, plurimis scilicet staminibus constante ex calyce.

calyce multifido surgentibus. Pistillum autem abit deinde in semen orbiculatum & planum, in capsula veluti stelliformi, quæ floris calyx fuit, reconditum.

Chenopodium folio triangulo T.I. R.H. Latham unctuosum folio triangulo, C.B. Pin. 115. Bonus Henricus, I B. 2 965. Tota Bona Dod. Pempt. 651.

(13) *l. c.* Fuit autem Bonus Henricus hue a nobis relatus, quoniam inter olera locum habere potest. Coctus enim vel solus vel cum aliis oleribus & comestus alvum reddit lubricam non secus ac Malva, Lactuca, Spinacia & Atriplex.

(14) IN THEAT. BOTAN. l. 2. c. 90. Der gute Heinrich ist temperirter Natur/ hat viel wässrigen Saft/ neben we^{nig} flüchtig nitroſischen Salz und etwas öhlichen Theilen bey sich.

(15) *l. c.* Est vero illius usus nostro seculo in re cibaria nullus; frequens admodum in praxi chirurgica.

(16) IN CATAL. STIRP. SIL. l. 1. Quam proxime ad Spinaciæ naturam accedere videtur, in cibo mercuriali gratiior.

(17) *l. c.* Cibis multo mercuriali gratiior, tametsi plusculum flatuum habet & non ita procul a Spinaciis natura abesse videtur.

(18) IN DISOSC. l. 2. c. 172. Planta candida tota, perinde ac si tenuissimo farinæ polline conspersa esset.

(19) *l. c.* Laphathi genera ad unum omnia frigefaciunt: Bonus Henricus contra, teste experientia, moderate abstergit & expurgat quod non est frigiditatis sed caliditatis opus. Diversus ergo hic abeo a censura, super hac planta Hoffmanni statuentis, Totam Bonam esse frigidam & humidam. Etenim non tam lentore suo glutinat vulnera, & alvum solvit; quam quod extergendo & abstergendo fordes intestinorum, ex accidentialvum moveat, ob quas qualitates, nempe quod blan-

de & sine morsu exsicet & detergeat, sarcoticis dictis simplicibus jure meritoque annumerari debet. Hinc ut omnia sarcortica, illa quoque ex accidenti , vulnera glutinat, quod solius naturæ opus est. Ut taceam Dodonæum aperte eam calidam & sicciam sed tamen moderate pronunciare.

- (20) *l. c* Habet virtutem abstergendi atque expurgandi minime vulgarem.
- (21) *l. c.* Gemein Wund-Krauth / vulgaris vulneraria herba dici ur.
- (22) *l. c.* Vocatur tota bona ab insigni facultate, qua in gludinandis vulneribus recentibus & expurgandis ulceribus antiquis, putridis & verminosis pollet.
- (23) *l. c.* Ulcera recentia sordida & vetera expurgat & vermes in ipsis interimit: Ad animalium quoque venenosorum iictus commendatur.
- (24) *l. c.* Eadem concisa & contusa recentia vulnera imposita veniunt, sordida vero ac vetera, tum & ejusmodi ulcerata expurgant, & vermes , si qui in ipsis enati fuerint, interimunt.
- (25) IN REGN. VEGETAB. *l. 2. Sect. 4.* Utilissime applicatur ulceribus tibiarum, si inflammatio ea corripiat, quam certo mitigat ut pluries hic Basileæ vidimus.
- (26) *l. c.* Der ausgepresste Saft aus der Wurzel / und Krauth / vertreibt die Kräze/ herpetem und andere Flecken der Haut damit gerieben. Zu welchem Ende das Krauth auch in die Bäder kan genommen werden.
- (27) *l. c.*
- (28) *l. c.* Bibitur tabidis & Phthisicis plebeculae experimento.
- (29) *l. c.* Fabris ad Equorum apostemata in usu.
- (30) *l. c.* In acerbo hæmorrhoidum cruciatu experimentum habetur rarum, si herba tundatur, postea cum bū. tyro & lactis cremore lento igne coquatur , tandem succus exprimatur. (31)

- (31) ENCHIRID. DOGMAT. HERM. c. 24. Herba quoque bonus Henricus dicta (aliis atriplex canina Lapathi species est) contusa & cum butyro & lactis flore iuxta lentum ignem cocta & expressa unguentum exhibit mirabile contra omnem hæmorrhoidum dolorem.
- (32) l. c. Ego non sine felici successu totam plantam catalplasmatis forma ad mitigandos podagricos dolores adhiberi semel atque iterum apud plebejos observavi. Neque quicquam periculi ab ea nobis hoc in casu timendum arbitror, cum non repellat, sed discutiat ac digerat, imo insuper anodyna sit, quæ qualitates rarer in uno simplici concurrunt. Cum vero in hoc commentario brevitati studeam, hinc paucis practicæ Medicinæ Doctores compello & obtestor, ut cum ratio nobis dicitur neque Anagallidem neque Bonum Henricum seu Totam Bonum nocere posse podagrīcīs, dijudicent dexterime, anne expedit, ut hæc duo simplicia ceu specifica & tota substantia agentia, deinceps arthriticis præ aliis multis simplicibus commendentur. Gratarer mihi certe, si effectus aut experientia rationi non sint contraria, me sufficisse iis ejusmodi salubre medicamentum huc usque, ut multa alia simplicia, quod spretum est; & sane non sine ratione de contemptu simplicium Hieron. Trag. l. 2. c. 19. seines Kräuter-Buchs quidem adversus podagram conqueritur, cuius hæc sunt, wo bleiben die franzēn Poda grici mit ihren Lahmen Gliedern/ welche sich stäts beklagen// es sey kein Arzney für das Lahm-Weh zu finden/ wann sie aber schlechte und gemeine Arzneien der Kräuter (wie die Alten gehabt) annehmen und brauchen / möchte vielleicht vielen geholfen werden. Internum vero Boni Henrici usum, præsto cum adsit ingens farrago olerum, nulli commendō. Cum enim Anno 1665. Consul quidam ex Oppido aliquo Seelandiæ, hic Hafniæ secunda vice podagra

podagra corriperetur & præsertim pollex dextri pedis ea affligeretur, venis dorfi pedis valde tumentibus, iussi actutum illi incideretur vena ad locum affectum, & tanto impetu profiliit sanguis, quanto vix ex mediana, cui postea sequens cataplasma applicui, & Deo benedicente, ingenti miraculo ab omnibus doloribus vindicatus est, ita ut tridui spatio in publicum citra ullum incommodum iterum prodire potuerit. R. autem Herbæ Boni Henrici recent. sine florib. man. iiiij flor. Sambuc. Chamom. siccior. ana manip. duos, conscinde grosse, coq. in s. q. Aquæ Sambuci ad putrilaginem, quibus remisce Gummi Carannæ, ʒ. Camphoræ ʒ. Msc. f. l. a. Cataplasma, s. Umschlag.

CYMBALARIA.

Jucundissimum vere & æstate oculis præbet spectaculum flosculis suis purpurascentibus, cum rictu aureo, e parietum rimis præsertim locis humidioribus emicans CYMBALARIA, quam ob foliorum aliquam similitudinem a Cymbalo dictam volunt. C. BAUH. (1) Sunt qui *umbilicum Veneris* cum LONICERO (2) nominant. Germanis Zymbel-Krauth audit. Pulcherrimum hocce vegetabile, olim Italiæ proprium, nunc vero a ducentis circiter annis per plures Europæ regiones dispersum, & muros etiam Argentinæ nostræ condecorans, a TOURNEFORTIO (3) Linariæ accensetur. Susque deque & hæc habetur planta, cui tamen & suas competere vires nullum videtur dubium. Cumque loca madida aut madentibus proxima admet, humidioris constitutionis & frigidioris

gidioris esse poterit, dictante JOH. BAVHINO
 (4) qui simul afferit Cotyledonem æmulari. adeo
 que in affectibus, ubi refrigeratione opus est, ei lo-
 cus non denegabitur. Continet nempe juxta LE-
 MERY (5) multum phlegmatis parum olei & salis
 essentialis. Inviscando quoque virtutem possidet
 aliqualiter adstringentem, unde ad alba uteri pro-
 fluvia prodesse scribit MATTHIOLVS (6) & ad
 hæmorrhagias sistendas in decocto assumpta cele-
 bratur a LEMERY (7). Sunt qui Cotyledoni
 substituunt teste LOBELIO.

- (1) IN PINAC. THEATRI BOTAN. l. 8. S. 3. Cymbalaria
 a Cymbalo nomen duxisse videtur: quibusdam um-
 bilicus Veneris alter censetur. At Hermolaus Barba-
 rus, Capnon primam Plinii l. 25. c. 13. esse credidit.
 (2) DE NATURA ET VIRIBUS PLANTARUM. Officinis ea
 umbilicus Veneris & Cymbalaria dicitur.
 (3) I. R. H. cl. 3. S. 4. g. 2. Est enim planta flore monope-
 talo anomalo personato, posterius in caudam abeun-
 te, anterius in duo labia diviso: ex calyce autem sur-
 git pistillum, quod abit in fructum seu testam subro-
 tundam septo intermedio in duo loculamenta divi-
 sam & seminibus fœtam parvis.
 Linaria hederaceo folio glabro, seu Cymbalaria vulgaris.
 T. I. R. H. Cymbalaria flosculis purpurascensibus.
 I. B. 3. 685. Cymbalaria Italica folio hederaceo.
 Lob. Icon. 615.
 (4) HIST. PLANTAR. l. 35. c. 7. Facultatis est humidæ fri-
 gidæ cum adstrictione quadam his profecto hanc
 plantam pollere facultatibus facto periculo constat,
 quibus primi generis Cotyledonem.
 (5) TRAITE' UNIVERSEL DES DROGUES SIMPLES.

Elle
 con-
 C.

- contient beaucoup de Phlegme , mediocrement de l'Huile, peu de Sel essentiel.
- (6) IN DIOSC. l. 4. c. 88. Valere eam ad alba uteri profluvia certo scimus, ubi herba ipsa recens in acetariis devoretur (ut in Italia solent) in ipsius coenæ principio.
- (7) l.c. Elle arrete les pertes de sang etant prise en decoction.
- (8) ADVERS. STIRP. Nov. Venetiis Pharmacopoei penuria & ignoratione Cotyledonis veri miscent populeo unguento.

COTULA FOETIDA.

In arvis, juxta semitas & agrorum margines: aliisque in locis saxosis &c. aestivis mensibus suos ostentans flosculos cernitur, sic dicta a gravi & abominabili, ut JOH. BAVHINI (1) verbis utar, COTVLA FOETIDA, stinkende Chamillen / Cotta quibusdam aut Cota, Tuscis Cauta aut Cautis appellata, quorum nominum rationem suppeditat LEONH. FVCHSIUS (2). Ob florum imo & foliorum similitudinem haud exiguam juxta BAVHINVM (3) nominatur Chamælum fætidum, Chamomilla fætida, stinkende Chamillen. Odore suo viroso & accuratiore inspectione a vera secundum LOBELIVM (4) distinguitur Chamomilla. Κυνάρδειος & κυνοβοτάρην, Chamomilla canina, Chamomilla & herba canis, canina Anthemis, Hundſ-Chamillen a nidore quoque compellatur. Audit porro Anethum caninum, Hundſ-Dill/ Hundſ-Blumen, Bufonaria, Anethum Bufonium, Rotten-Dill/ wilde Dill. FVCHSIUS appellat Parthenium (5), reprehensus propterea a DO.

DODONÆO (6) sed videtur patronum obtinuisse in LOBELIO (7). Ut nunc alia nomina silentio præteream. Gallice nominatur *Camomille puante, Maroute.* A TOVRNEFORTIO (8) merito ad Chamomillam refertur. Planta hæc acris admodum existit testante etiam illud MATTHIOLO (9) hinc apibus tantopere infesta est narrante JOAN. RVELLIO (10). Putat quidem DODONÆVS (11) hanc plantam inutilem esse, sed postmodum nihilominus ipsi utilitatem tribuit. Ejus partes constitutivas exhibet TOVRNEFORTIVS (12) Virtute purgante gaudere censetur, hinc adabilem & pituitam educendam a SCHWENCKFELDT commendatur (13) quam virtutem jam tribuit & DIOSCORIDES (14): a JOH. CRATONE (15) proficua hæc planta esse dicitur in affectibus hydropticis, quorum etiam pertinet id, quod in EPHEM. NATVR. CVRIOS (16) CHRISTOPHORVS ROESLERVS & ejus ex filia nepos GOTTOFR. CHRIST. WINCKLERVS (17) recenset. Audiatur etiam hac de re LOBELIVS (18) Asthmaticis conducere FVCHS VS (19) docet. Icterum quoque curat, ut habet SCHWENCKFELDT (20) & TABERNAMONTANVS (21) Imprimis autem ob fœtorem juxta TOVRNEFORT (22) bituminosum in passionibus & affectibus hysterics prodest, tum interne tum externe, docente TRAGO (23), TABERNÆMONTANO (24) atque SCHWENCKFELDT (25). Enarrante ZORNIO (26) in peste celebratur, & in Carbunculis

culis pestilentialibus adhiberi recenset SENNER-TVS (27). In angina & faucium affectibus decoctum & succus hujus vegetabilis laudatur a TABERNÆ-MONTANO (28). Vulneribus quoque imponitur ad illa conglutinanda, ut asserit TRAGVS (29) Tumores atque strumas discutit & in erisypelate conductit juxta TABERNÆMONTANVM (30). In balneis laudatur ad arthritidem vagam secundum ZORNIVM (31) ad lassitudinem profligandam & mulierum morbos ex ore TABERNÆMONTANI (32) ut alias virtutes taceam. Aquam exinde destillant, quam ad aliquot uncias assumptam in Ictero, mensibus suppressis, affectibus pulmonum & renum &c, extollit modo dictus author (33) qui insuper oleum Cotulæ foetidum tum coctum tum de-stillatum quod ad aliquot guttas usurpatum interno & externo usu pulices abigere creditur, in memoratis affectibus juvare contendit. Tandem notandum quod & superstitione in febribus adhuc fuerint, ut narrat FVCHSIVS (34).

(1) HISTOR. PLANTAR. VNIV. Tom. 3. l. 26. c. 14.

(2) IN HISTOR. PLANTAR. c. 222. Thusci Cautem appellarunt, unde diminutivum Cautula deductum est, & tandem corrupta voce Cotula.

(3) l.c. Folia Chamæmeli tenuiter incisa, flores Chamæmeli vulgaris, albi, radiati, bullam, ambiunt luteam in tuberculum rotundum paulatim surgentem.

(4) IN STIRP. ADVERS. Nov. Constat foliis & floribus illi adeo alludentibus, ut vel exercitato, nisi nares consenserit illudat: Attentius tamen intuenti folia latiora, & florum mediæ bullæ depresso-relatiores.

- (5) *I. c.* Parthenium esse cotulam, nomen, quod illi Thusci indiderunt, satis declarat.
- (6) STIRP. HISTOR. PEMPT. 2. *I. 3. c. 16.* Leonhartus Fuchsius Parthenium esse voluit. Sed Parthenium verum & legitimum est vulgo dicta matricaria, quæ odore longe est graviore & sapore admodum amaro, foliis tenuibus & Coriandro similibus. Cotula autem foetida minus graviter olet, & foliis Coriandrum non æmulatur.
- (7) *I. c.* Non nescimus morosulos quosdam censores leviuscula plerumque adductos notula, authores per bene de re herbaria meritos, inscitiæ traducere atque irridere plerumque, ridendi ipsum forent, idque in Parthenii disquisitione liquido videre est, quod nolunt esse Cotulam sed matricariam, propter duntaxat Coriandri folia: At tenuia Discorides dicit Φύλλα ἔχει κορίω ἀνοιας λεπτας. Intuere igitur Coriandri adulti in ramis media & summa folia, & fatebere collationem apprime congruam, imo omnia coriandri sunt, folia consimili divisura, rami, situs, tenuitas, figura, præterquam ima per pauca folia, quæ latiora sunt Apii aut Oenanthes, quibus eadem foliorum disparilis contingit, eoque scite addit λεπτας, nimirum ut collationem non ad ima, sed ad media pluraque folia faciundam innuat. Matricariae enim nequeunt esse Coriandro & λεπτα se tenuia, sunt enim ipsa Coriandro majora, nedum tenuiora, Arthemisiæ & Absynthio propiora, pariaque reliquæ plantæ partes, floribus duntaxat anthemidis. De amarore autem quod blaterat, indicat in legendō supinam negligentiam atque in gustando fatuum palatum: est enim cotula amarore inamoeno & per quam ingratto uti Parthenion; Jam vero si ad facultates & usum animum advertas, quod intererat Senensis Commentatoris, neutiquam ulterius inficias ibis Parthenium esse Cotulam foetidam.

(8) I.R H. cl. 14. f. 3. g. 7. Est nempe planta flore radia-
to, cuius discus ex plurimis flosculis, corona vero ex
semiflosculis componitur, embryonibus insidentibus
& calyce squamoso comprehensis. Embryones au-
tem deinde abeunt in semina thalamo affixa. Respi-
ciendum quoque ad propriam faciem & folia laci-
niata.

Chamæmelum foetidum, C. B. Pin. 135. **Chamæmelum**
foetidum sive **Cotula foetida**, I. B. 3. 120. **Cotula al-**
ba, Dod. Pempt. 258.

(9) IN LIB. 3. DIOSC. c. 137. **Cotula foetida** & adeo acris
est, ut cutim exulceret ad alligata. Quo fit, ut qui in
campis alvum exonerant, & deinde hac herba sedem
abstergunt, paulo post intolerabili vexentur ardore.

(10) DE NATURA STIRPIUM, l. 3. c. 69. Herba hæc apia-
riis optime cognita, qui hac suas fricant manus vel se-
cum habentes gestant cum alvearia castranda sunt,
aut sævientium apum impetus sunt cohibendi, illico
furore sensu hujus edomito mitescunt. Nam & si flos
sit pulcherrimus, ita ut apes amoenitate hujus illectæ
eminus advolent, huic tamen non insident, sed herbam
totam per os diffugint, vel certe gustato flore proti-
nus fastidiosæ transvolant. Nam apiculæ muscæque
quæ convenientes ramis hujus cohæserunt emoriun-
tur, argumento quod hunc fruticem demortuis api-
bus aut muscis invenies semper onustum, ita apibus
adversatur.

(11) l.c. Usum autem hæc Cotulæ in medicamentis aut ci-
batu nullum habent. Est tamen non omnino Cotula
foetida inutilis: quando foetida omnia ex utero stran-
gulationibus profundit.

(12) HISTOIR. DES PLANTES DES ENVIRONS DE PARIS
HERB. 4. Cette plante est acre & amere, & rougit
fort

fort peu le papier bleu, ce qui semble marquer, qu'elle contient beaucoup plus d'huile fetide que la Chamomille ordinaire.

- (13) CATOL. STIRP. SILES. l. I. Bilem atram & pituitam haud secus atque Epithymum per inferna ducit.
- (14) l. 3. c. 138. Non secus ac Epithymum & bilem & pituitam detrahit.
- (15) l. 5. EPIST. MEDIC. IN EPISTOLA AD JOACH. CAMERAR. Decoctum Cotulæ etiam mirifice prodest, & calami aromatici ex vino, sed alius potus illis quam serum lactis non concedendus.
- (16) ANNO 3. DECUR. I. 340. DE HYDROPE. Gregersdorffiana vidua tumorem sedavit decocto Cotulæ foetidæ & raporum aridorum, quo in dies usa est.
- (17) IN SCHOLIO AD PRÆDICTAM OBSERVATIONEM: Narravit mihi nobilis e ducatu Nissensi puerum hydropicum unico decocto Cotulæ sanatum. Experiri volui anno præterito in Hydropica annosa, sed nullo emolumento. Interim tamen in junioribus, ubi viscera salva, vi discutiendi aliquid præstare non dubito.
- (18) l.c. Novit Agathopolis Schola Rondelletium aliosque Professores saepius addere Cotulam foetidam ad sebosos, adustos, falsos melancholicosque Elephantiaseos & mali mortui vocatos per inferiora educendos: purgat etiam aliquantum succus per se jusculis inditus, magnopere in Syrupo ab iisdem laudatus, quia thoracis & pulmonum farctus, lotium evidenter ciet & humores emollit, digerendi vi paulo quam Chamæmilli vegetiore. Sumus & nos usi percommode totum hoc sexennium Rondelletii imitatione multorum commodo.
- (19) l.c. Herba ipsa floribus demptis a calculosis & asthmaticis utiliter bibitur.
- (20) l.c. Ex cerevisia icterum curat;

(21) l.c. 14. Krotten-Dill gepulvert und in einem Schweiß-Bad mit Bier getrunken / hilfft gewaltig wieder die Gelbsucht/drey Tag nacheinander auf folgende Weiß gebraucht. Den ersten Tag wann du zu Schweißbaden ein sie den wilt/ so nimm der Blumen von Krotten-Dill iiiij. zu Pulver gestossen/ und trinck's mit Bier. Den zweyten Tag nimm der Blumen viij. gleicher Gestalt/ den dritten Tag aber/ so nimm der derselben xij. und schwitz allwegen wohl darauß; Es muß aber der Leib zuvor durch eine bequeme Arzneney gespurgirt seyn. Etliche brauchen diese Arzneney also/ und ist vielen damit geholfen worden. Sie machen ein Schweiß-Bad von Ebamullen-Blumen und Haber-Stroh/ und baden neun Tag nach einander nüchtern / jedesmahl auf ein Stund oder anderthalb darinn. Den ersten Tag nehmen sie ix. der Blumen von Krotten-Dill gepulvert / zerreibens mit einem Trüncklein guten Biers / und trinckens wann ein/ so bald sie in das Schweiß-Bad sißen. Den zweyten Tag nehmen sie der Blumen viij. Den dritten viij. Den vierdten vij. Den fünften v. Den sechsten iiiij. Den siebenden iiij. Den achtten ij. Den neundten eine. Und wiewohl es alles eine schiechte und geringe Arzneney scheinet zu seyn / so ist sie in der Wahrheit doch nicht zu verachten/ dann sie an vielen Menschen gut und bewähret ersunden ist worden.

(22) l.c. Cette plante sente le bitume.

(32) DE STIRPIUM HISTORIA, l. I. c. 47. Cotulæ autem foetidæ decoctio non aliter quam Castoreum, contra præfocationem uteri, infessu, fomentationibus ac odoratu saluberrima est.

(24) l.c. Krotten-Dill in Eßig gesotten/ und vor die Nassen gehalten/ stillet und wehret dem Aufflossen und Erstickung der Mutter / das Krauth zwischen den Fingern verrieben und daran gerochen / thut Deßgleichen. Ein Dampf Bad von Krotten-Dill gemacht / und den Raum davon in die Mutter empfangen/ erwärmet die erkalte Mutter und milkt alle Verhärtung und Geschwulst derselben.

(25)

- (25) *I.c.* Lotio pedum ex florū decocto capiti confert & vertiginosis foeminis, quæ uteri suffocationem patiuntur, competit.
- (26) In BOTANOGIA MEDICA, Summopere quoque appetitur ad profligandam epilepticam luem. JOH. AGRICOL. Medic. herbar. I. I.
- (27) DE FEBRIBUS, I. 4. c. 6. Nonnulli Cotylam foetidam contundunt, & circa carbunculum applicant sœpiusque renovant.
- (28) *I.c.* Der aufgedrückte Saft verreibt das sorglich Hals-Geschwär Anginam, warm damit gegurgelt. Das Kraut in Wasser gesotten und mit Maulbeer Saft ein Gurgel-Wasser daraus gemacht und damit warm gegurgelt, wärket gleichviel.
- (29) *I.c.* Cotula foetida tusa & emplastri instar vulneribus imposita illa conglutinat ac persanat.
- (30) *I.c.* Die Krotten-Dill samt seinen Blumen ist auch gut wie der die Rose, das Rothlauf und die hizigen Geschwulsten und Apostemen.
- (31) *I.c.* Ein Wannen-Bad davon gemacht thut gut in Arthritide vaga scorbutica.
- (32) *I.c.* Die Füß und Schien-Bein mit der Brüh von gesotzenen Krotten-Dill gebadet, zeucht viel schädlicher Feuchtigkeit von dem Haupt, trücknet es von den kalten Flüssen, und benimmt den Schwindel. Solches Bad und Bähnung ist auch über die maß dienstlich den Weibern, welchen die Beer-Mutter viel zu leyd thut, dann es stilltet bald die Mutter-Weh.
- (33) *I.c.* Das Wasser getruncken, zertihlet die Geelsucht, fürdert den Weibern die verstandene Monath Blum, reiniget die Brust und Lungen, eröffnet die Harn-Gäng und führet aus Sand, Grieß und Stein. Davon gabi man auf einsmahl iiii oder v. Lorch zu trincken.
- (34) *I.c.* Das gekochte Oehl wird nützlich gebraucht wieder als die Geschwulst und Verhäriung der Weiblichen Gedurisse

Glieder/äußerlich damit gesalbet und leinene Tüchlein darin geneht und übergelegt. Es dienet auch wieder die schmerzlichen Krümmen und Nach-Wehen / derselben den untersten Bauch damit gesalbet/ und warme leinene Tücher darüber gelegt. Das destillierte Oehl wird wieder alle innerliche Krankheiten gebraucht / dazu der Krotten-Dill an ihm selbsten dienlich ist.

- (35) *I. c.* Magi contra tertianas sinistra manu eam evelli jubent, dicique cuius causa vellatur, nec respicere, deinde ejus folium ægri linguæ subjicere, ut mox in cyatho aquæ devoretur.

CHAMÆLUM INODO- RUM.

Vere & æstate in campis, agris cultis & in cultis, secus itinera, nec non in hortis oleraceis efflorescit CHAMEMÆLUM INODORUM a Cotula foetida naribus juxta J. BAUHINUM (1) distinguendum. Vocatur etiam *Chamomilla inodora*, *Chamomilla fatua*, wilde Chamillen / FUCHSIUS (2), Βυθθαλμος, Buphthalmum nominat & verum Buphthalmum esse existimat, refutatus propterea a DONÆO (3). Oculus bovis quoque aut vaccæ, Rind-Aug/ Kuh-Aug a florum cum oculis bovinis similitudine nuncupatur, ut loquitur FUCHSIUS (4). Gallice *Chamomille sauvage*, *Oeil de Boeuf* nominatur. Characterem possidet Chamæmeli, hinc jure a TOURNEFORTIO (5) ad illam refertur, & nonnisi magnitudine florum ab eadem discrepat dicente FUCHSIO (6). Quo communior autem jam

jam hæc planta , eo magis vilipenditur & ab usu
Medico excluditur, ita ut & ipse J. BAUHINUS⁽⁷⁾
de virtutibus, quæ ei tribuuntur in HISTORIA
LUGDUNENSI, subdubitare videatur Prædicta
autem HISTORIA⁽⁸⁾ asserit Cotulam inodoram
ad Chamæmeli vulgaris temperaturam ac vires
accedere, nisi quod imbecillus agat , unde utique
ad colicum dolorem & ad affectus renales atque u-
rinarios conducere non improbabile est, ut in AL-
LEGATO LIBRO⁽⁹⁾ legitur, ubi⁽¹⁰⁾ quoque
oleum exinde paratum, ad dolores, contractiones,
durities laudatur. Juxta SCHWENCKFELDT
ad vulnera etiam deprehenditur.

(1) HIST. UNIVERS. PLANT. l. 26. c. 13. Haud alia folio-
rum florumque facie a Cotula foetida solo narium
judicio discernenda, ut quæ in hac nullum, nedum
foetidum, odorem deprehendant.

(2) PLANT. HISTOR. c. 52. Βύφθαλμος Græce, Buphthal-
mum Latine.

(3) PEMPT. 2. l. 2 c. 16. Et verum quidem esse Buphthal-
mum Leonharti Fuchsii sententia fuit. At nobis
verum & legitimum solum illud esse videtur, quod flo-
res obtinet luteos. Nam Buphthalmum quidem, ut Dio-
scorides auctor est, folia sunt μαραθροειδη, id est fœnicu-
li foliorum similitudine in habentia & flos melinus, sed
plurima parte, per circumferentiam videlicet candi-
dus, qui etiam vel solus Matthiolum movit, ut Cotu-
lam hanc albam sive vulgare Buphthalmum verum &
legitimum esse Buphthalmum negaverit. Proinde non
Buphthalmum, quod hoc nomine a plerisque appellatur.
Sed Cotulæ & Chamæmeli sylvestris species quæ-
dam est.

- (4) *I. c.* Hodie oculus bovis aut vaccæ & Cotula non foetida herbariis vocatur. Buphthalmum autem non alia ratione dixerunt veteres, quam quod ejus flores oculi imitentur formam & Boum potissimum oculis similes sint.
- (5) *I. R. H. cl. 14. S. 3. g. 5.* Chamæmelum inodorum, C. B. Pin. 135. Chamæmelum inodorum sive Cotula non foetida, I. B. 3. 120. Cotula Tabern. Icon. 21.
- (6) *I. c.* Buphthalmi flores ab anthemidis floribus nonnisi sola magnitudine differunt: grandiores enim Buphthalmi flores quam anthemidis conspicuntur, reliqua facie quam simillimi.
- (7) *I. c.* Cotulam inodoram moderate calidam esse & ad Chamæmeli vulgaris temperamentum quadantenus accedere legimus in Hist. Lugdunensi, quod tamen arduum & difficile admodum credere, judicent Lectores.
- (8) *HISTOR. GENER. PLANTARUM, p. 2, l. II. c. 73.* Cotula inodora moderate calida est & ad Chamæmeli vulgaris temperaturam quadantenus accedit. Quemadmodum autem Chamæmelum vulgare temperie ita facultatibus & viribus simile est, nisi quod illius imbecilliores sint nec adeo efficaces.
- (9) *I. c.* Experientia tamen docuit adversus colicum dolorem, & renum calculum plurimum valere, lotium cire, eodem modo quo Chamæmelum hortense usurpatum.
- (10) *I. c.* Quod ex eo oleum conficitur dolores omnes, attrita, contractiones, durities sanat, non aliter quam oleum ex Chamæmelo hortensi paratum eoque utilius febricitantium enematis immiscetur.
- (11) *CATAL. STIRP. SILES, I. c.* Chamæmelum caninum inodorum ad vulnera commendatur.

FLOS ADONIS.

Floribus suis coccineis nunc , nunc atro ru-
bentibus, nunc luteolis arva & hortos mense Mayo
& Junio superbire facit FLOS ADONIS, quem ex
Adonidis Cyniræ Cypriorum Regis ab a pro interfe-
cti filii crux genitum esse fabulabantur , uti ex
OVIDIO (1) patet, quamvis alii ex lacrymis Ve-
neris natam velint ut docet DODONÆUS, qui ta-
men putat anemomem esse intelligendam (2); Di-
citur quoque *Adonium*, FLOS Adonidis , Adonis
Rößlein. Ἔρανθεμον, Ἡράνθεμον, Ἑράνθεμον, Eranthemum,
Flos sacer & *Anthemis* nominatur. Sunt qui *Phasiani*
oculum salutant: a Thuringis vero oculus Dæmo-
nis, Teuffels-Aug / ut differit J. BAUHINUS (3)
nuncupatur. *Rosula campestris* , Feld-Rößlein/
Acer-Rößlein/ Feur-Rößlein/ ob colorem, Brunet-
Rößlein/ Corallen-Blümlein / Marien-Rößlein/
Klapper-Rößlein / Margarethen-Blümlein/ & ob
aliqualem foliorum similitudinem Chamomilla
rubra braun oder rothe Chamissen a nonnullis co-
gnominatur. A TOURNEFORTIO (4) inter
Ranunculi species recensetur. Spernitur & hæc
perelegans plantula, quæ in hortis colitur ornatus
causa & ad corollas exornandas , ut habet J. BAU-
HINUS (5), ita ut a DODONÆO (6) etiam inuti-
lis pronuncietur. Mitius tamen sentit de ejus vir-
tutibus PARCKINSONUS (7) qui flores præser-
tim Eranthemi, flore phœnicio prædicti, in vino
assumptos ad dolores colicos & nephriticos leni-

endos celebrat, cum & ipso DODONÆO (8) agnoscente alicujus caliditatis sit particeps. Præterea cum amaricans hæc planta & herbacei odoris, ut SCHWENCKFELDT (9) dicit, multo sale atque oleo scateat, ut loquitur LEMERY, virtute quoque gaudere aperitiva atque sudorifera non improbare est, hinc in balneo sudatorio ad humores frigidos proliriendos a TABERNÆMONTANO (10) laudatur hoc vegetabile. Nec plane contrarius ero SCHWENCKFELDT (11) semen in calculo proficuum pronuncianti.

(1) METAM. l. 10. fab. 15. Ubi ita Venus Adonidem lugens repræsentatur.

*Luctus monumenta manebunt
Semper Adoni mei, repetitaque mortis imago
Annua plangoris peragat simulamina nostri.
At cruor in florem mutabitur. An tibi quondam
Fæmineos artus in oientes vertere menthas
Persephone licuit? nobis Cinyrejus heros
Invidiæ mutatus erit? sic fata, cruentum,
Nectare odorato sparsit, qui tactus ab illo
Intumuit, sic ut pluvio perlucida cœlo
Surgere bulla solet, nec plena longior hora
Facta mora est, cum Flos de sanguine concolor ortus,
Qualem quæ lento celant sub cortice granum,
Punica ferre solent, brevis est tamen usus in illo.
Namque male hærentem & nimia levitate caducum
Excutiunt iidem, qui perflant omnia venti.*

(2) HIST. STIRP. PEMPT. 3. l. 4. c. 7. Bion Smyrneus Poeta vetus in Adonidis epitaphio, Anemonem ait natam ex lachrymis Veneris Adonidem deflentis, (3)

- (3) HIST. PLANT. l. 26. c. 20. Turingi vocant, Teuffels-Augen (oculum Dæmonis quasi dicas) propter colorum florum prunæ non assimilem quasique ardorem.
- (4) I. R. H. cl. 6. S. 7. g. 3. Est enim planta flore rosaceo; plurimis scilicet petalis in orbem positis constante, ex floris meditullio surgit pistillum, quod abit in fructum spicatum, cuius axi ceu placentulæ multa semina adhærescunt nuda.
- Ranunculus arvensis foliis Chamæmeli flore phœnicio, T. I. R. H. Ranunculus foliis Anthemidis, floribus rubicundis & splendentibus, Cæsalp. 546. Adonis Matth. 906. Adonis sylvestris flore phœnicio ejusque foliis longioribus, C. B. Pin. 178.
- Ranunculus arvensis, foliis Chamæmeli flore minore atrorubente, T. I. R. H. Adonis hortensis flore minore atrorubente, C. B. Pin. 178. Flos Adonis vulgo, aliis Eranthemum, I. B. 3. 125. Eranthemum. Dod. Pempt. 260. C. B. Pin. 178.
- Ranunculus arvensis foliis Chamæmeli flore Citrino, T. I. R. H. Adonis sylvestris flore pallido ejusque foliis longioribus.
- (5) I. c. Voluptatis gratia in hortis colitur a Virginibus, quarum coronas ornare confuevit.
- (6) STIRP. HIST. PEMPT. 2. l. 3. c. 18. Cæterum Eranthemi istius nullus in Medicina usus.
- (7) IN THEATRO BOTANICO.
- (8) I. c. Quantum autem gustabilis ejus qualitas ostendit, alicuius caliditatis particeps est, sed tamen non magna.
- (9) CATAL. STIRP. SIL l. 1. Chamemælum rubrum subamarum est & herbaceum quid redolet.
- (10) Kräuter-Buch / l. 1. c. 16. Ein Schweiß-Bad von dem Kraut gemacht treibet den Schweiß gewaltig/ und führet die böse Falte Feuchtigkeit auf.
- (11) I. c. Semen calculum frangit efficacissime,

BLATTATIA.

In lutosis aggeribus, haud longe a fluviorum ripis, & juxta aquarum margines, aureo suo flore æstivis mensibus coruscat BLATTARIA, ita dicta ab effectu, ut habet PLINIUS (1). Germanice hinc etiam Schaben-Krauth/ Motten-Krauth/ appellatur. Sunt qui cum TRAGO (2) Gold-Knöpflein/ Gold-Köpflein/ ob rationem ab eodem, & aliam a SEBIZIO allatam, vocant. Gallis audit *Herbe aux Mites, Blataire.* Dicitur quoque χρυσόγονον, Chrysogonium. teste LOBELIO (4): & a Val. Cord. (5) Verbascum leptophyllum salutatur. A Verbasco non adeo multum discrepat & docente TOURNEFORTIO (6) nonnisi fructu rotundiori. Hæcce planta licet ex officinis exulet, ut habet SIMON PAULI (7), nihilominus tamen sapor ac amara, ut DODONÆUS (8) loquitur, gustabilis hujus plantæ qualitas cum odore paululum ingrato, indicat non omnino virtutibus destitui Medicis. Calefacit nempe & exsiccat, pronunciante DODONÆO (9), aperit atque detergit, ut habet MATTHIOLUS (10); farctus viscerum expedit juxta LOBELIUM (11). Ob amaritatem vermibus adversatur. Reperiuntur qui in affectibus pectoris & ad expectorationem promovendam commendant, ut habet SEBIZIUS (12). Quidam easdem Blattariae ac Verbasco adscribunt vires ut habet PANCOVIUS (13). An ad morsus & venenata prospicit, dubitat LOBELIUS (14). De virtute adversus

Blattas

Blattas dubitat DODONÆUS (13), LOBELIUS autem illam suspicatur (16).

- (1) HIST. NAT. l. 25. c. 9. Similis Verbasco herba , quæ sœpe fallit pro ea capta foliis minus candidis, caulinis pluribus, flore luteo. Hæc abjecta blattas in se colligit ideoque Romæ Blattariam vocant.
- (2) DE STIRP. HIST. l. 2. c. 146. Puellæ enim folliculos, in quibus semina hujus includuntur, in aurare solent coronisque suis & fertis inserere.
- (3) IN TRAGI, l. c. Dieses Krauth nennet der Autor Gold-Knöpflein / entweders weil die Jungfrauen an etlichen Orten die Knöpflein übergulden lassen / und sie nachmahlis zu ihren Kränzlein gebrauchen / oder aber weil auf den Knöpflein schöne Goldgelbe Violen wachsen.
- (4) ADVERS. STIRP. Ab aurea florum foetura dictum Chrysogonum credere par est.
- (5) IN HIST. DE PLANTIS, l. 2. c. 116. Verbascum leptophyllum , seu tenuifolium forte Blattaria , Gold-Knöpflein.
- (6) I. R. H. cl. 2. S. 6. g. 8, Blattaria differt a Verbasco fructu rotundiori.
- Blattaria lutea folio longo laciniato, C. B Pin. 240. Blattari. Dod Pempt. 145. Blattaria lutea, I. B. App. 874
- (7) QUADRIPART. BOTAN. cl. 3. Cum Blattariæ speciebus nihil est rei blattis ac tineis Pharmacopoliorum. Neque enim ulla est Blattaria, me scio, quæ in pharmacopoliū infertur.
- (8) PEMPT. I. l. 5. c. 28. Sapor autem ac amara gustabilis ejus qualitas, calidam & siccam esse testantur.
- (9) ADVERS. STIRP. Amara admodum calida & sicca gustanti.
- (10) IN DIOSCORIDEM, l. 4. c. 99. De hac herba plures,

quod invenierim facultates non produntur. Sed cum ea gustu amara deprehendatur, hinc certo colligere licet, quod eadem & aperire & abstergere possit.

- (12) ADVERSAR. STIRPIUM. Farcitus viscerum mesaraicarum expedire certum.
- (13) IN INDIC. PLANTARUM & EARUM VIRIUM A ZORNIO EDIT. Hat mit den Wulfräutern gleiche Krafft und Würckung.
- (14) l. c. Incertum quid ad morsus venenataque possit.
- (15) l. c. Blattas autem hanc contrahere nondum observatum accepimus.
- (16) l. c. Qua alliciat blattas & tineas dote arcana malim scire, quam non potius. (quemadmodum Absynthio, Abrotano & aliis amaris arcentur) abactum iri idem animalculum suspicari.

MELAMPYRUM.

Inter amoenas Cerealium munera segetes hilari & feraci solo exurgit haud raro, imo luxuriat quandoque, purpurascente coma coruscans & cum ipsis frugibus maturescens MELAMPYRUM. Græcum hoc esse vocabulum urbe donatum quilibet videt. Μελάμπυρος enim a πυρὶ Triticum & μέλας niger, ob seminis conformatiōnēm ac colorem, quodque panem atriorē reddat, ditum videtur. *Triticum nigrum*, Mohren-Weizen/ hinc quoque audit juxta MELCHIOREM SEBIZIUM (1). Vocatur a nonnullis *Triticum Vaccinum*, Rüb-Weizen/ quia semen grana Tritici æmulatur, & gratum est pabulum Vaccinum atque Bovinum. Sunt qui *Vitium Tritici* (sed falso nominant) quod fibi

fibi persuadeant, Triticum in hoc ipsum Melanopyrum degenerasse, quam sententiam fovet **GALENUS** (2) **BODÆUS** a **STAPEL** (3), **PENA** & **LOBELIUS** (4) aliique. Germanice porto **Brand** / **Braun** / **Fleischblumen** / **Wachtel-Weizen** / appellatur ; a Gallis *Blé noir*, *Blé de Vacche*, *Blé de Boeuf*, *Rouge Herbe*, cognominatur. Eradicaretur hæc planta, a Tritico flore mirum quantum discrepans juxta **TOURNEFORTIUM** (5), si e re sua judicarent ruricolæ, & si ingratum panibus exinde conficiundis conciliaret saporem. **TABERNÆ MONTANUS** etiam afferit (6) panem hunc sat suavem existere. Minime propterea a Tritico atque Zea, quorum Cerealium in confortio ut plurimum deprehenditur, a ruricolis separatur. Posito etiam quod testante **CAROLO CLUSIO** (7) atriore conciliet panibus colorem, attamen, uti jam dictum minime adversatur gustui uti celebratissimus iste Botanographus **J. BAUHINUS** (8), & supra citatus **TABERNÆ MONTANUS** (9) observant. Cum itaque semina hujus vegetabilis grana æmulcentur triticea, cur non & annonæ caritate urgente in panes poterunt converti, cum minime instar Lolii agant, uti hoc declarat contra **CLUSIUM TABERNÆ MONTANUS** (10). Quod si jam in usum alimentarem cedere aptum est, licet alimentum non a que laudabile suppedit & ac Triticum quid ni etiam granorum farina in usum Medicum poterit trahi, adeo ut mirer **JOH. BAUHINUM** (11) ab usu Medico exclusisse hanc

plantam. Cur non æque ac farina triticea in tumoribus emolliendis , discutiendis aut maturandis, in fluxionibus & inflammationibus dissipandis atque in podagricis doloribus leniendis & hujus Vaccini Tritici mola comminuti pulvis inserviet?

- (1) IN TRAGUM, p. 2. c. 32. Wird Triticum nigrum getauft/ entweder weil der Saam ganz braun / oder weil das Krauth / wann man es aufgedrückt / ganz schwarz wird.
- (2) LIB. I. DE ALIMENT. FACULT. cap. ultim. τὸ μελάμπυρον καλύμενον ἐκ μεταβολῆς μὲν καὶ αὐτὸ γεννᾶται τῷ παρῷ, ἀλλ' αἰσθαλέιπεται πάμπολυ τῆς ἐν ταῖς αἱραις κακίᾳς. Melampyron nuncupatum ex tritici quoque mutatione generatur , sed pravitate quam plurimum a Lollio relinquitur.
- (3) IN NOTIS AD THEOPHRASTI ERESII HISTORIAM PLANTARUM, l. 8. c. 5. Vicum est tritici & comes importuna, vaccis pabulo grata & innocua, & in quam triticum minus laudatum abiisse videtur.
- (4) IN DILUCIDIS MEDICAMENTORUM EXPLICATIONIBUS ET STIRPIUM ADVERSARIIS.
- (5) IN INST. R. H. cl. 3. S. 4. g. 5. Melampyrum est plantæ genus, flore monopetalo anomalo, personato, in duo labia distincto, quorum superius galeatum est, inferius plerumque integrum. Ex calyce autem surgit pistillum, posticæ floris parti ad instar clavi infixum, quod deinde abit in fructum seu testam subrotundam, bifarium dehiscentem, septo medio in duo loculamenta divisam seminibusque foetam granorum Tritici æmulis.

Melampyrum purpurascente coma. C B. Pin. 234. Melampyrum multis sive Triticum Vaccinum, I. B. 3. 439. Triticum Vaccinum, Dod, Pempt. 541.

- (6) Im neuen vollkommenen Kräuter-Buch l. 1. S. 6. c. 26. ist ein sehr gutes überaus wohlgeschmacktes Brod.
- (7) IN RARIORUM STIRPIUM PER PANNONIAM, AUSTRIAM ET VICINAS QUASDAM PROVINCIAS OBSERVATARUM HISTORIA, l. 3. c. 49. In Occidentali Flandriæ parte, ubi copiosissime inter segetes (rusticorum plerumque negligentia, qui eam tempestive non evellunt) nascitur, panem vitiare solet & atriorem reddere; quin imo iis, qui eo vescuntur plerumque caput gravedine tentari solet, non secus atque si Lolio vicitassent.
- (8) IN HISTORIÆ PLANTARUM UNIVERSALIS, tom. 3. l. 30. c. 53. Ego semine hujus sæpius quidem panem tintatum observavi, sed nullum pravum saporem ei adferre deprehendi, nec insalubriorem a rusticis ideo haberri animadverti, nec eam ullo modo separare student.
- (9) l. c. Wann der Küh-Weizen unter den rechten Weizen/ Spelz und ander Korn kommt/ wie dann solches oft in dem Westrich und Land zu Lothringen geschicht / so wird das Brod so davon gebachen wird/ ganz braunroth/ gleichwie auch um Dusa , Widersdorff und den andern umliegenden Orthen / das Brod davon blauschwarz wird/ wie ich solches offtermahl/ wie auch andere an gemeldten Orten ohne einigen Schaden und Verleßung gesehen habe und ist sonst ein sehr gutes überaus wohlgeschmacktes Brod.
- (10) l. c. Derowegen es kein Lolium seyn kan/dieweil alle Authores melden/ daß Lolium oder Lulch niimmermehr ohne Schaden gessen wird/ wie solches auch der gemeine Baursmann zeugen muß.
- (11) l. c. Nullum quod sciamus in Medicina usum obtinuit, sed plerumque negligi solet.

POLYGALA.

Majo mense, Junioque & non tantum in viri-
E 3 dän-

dantibns pratis, sed & aliis campestribus herbidis
nemorofisque locis flore suo anomalo , ut habet
TOVRNEFORTIVS (1) modo cæruleo , modo
purpureo , modo sed rarius albicante, relucens se
oculis nostris spectandam præbet **POLYGALA**,
quod vocabulum Græcam agnoscit originem.
Quoniam enim nutricibus plantam hanc Lac au-
gere sibi persuadent homines, ideo non admodum
male a $\pi\alpha\lambda\omega$ mulum & $\gamma\alpha\lambda\alpha$ Lac derivari videtur.
Polygonum TRAGO (2) audit. *Flos autem Ambarvæ-*
lis a REMBERTO DODONÆO Mechlinensi Medi-
co Cesareo salutatur (3). Quam etiam ob causam
Germanis **Creuz - Blümlein** probabiliter appelle-
latur. A quibusdam imprimis a **GESNERO** (4)
ob saporem amaricantem *Amarella* vocatur. No-
minatur quoque lingua Germanica *Ramsel / Natz-*
ter - Blümlein &c. Hanc nos arridentem herbam
omnimodo negligimus, ut hoc testatur etiam **TA-**
BERNÆMONTANVS (5). Verum tamen & fo-
lia & flores & radicem in usum trahi posse non
adeo absconum videtur. Folia saporis amariuscui
& subadstringentis licet , nihilominus infusa in
quodam vehiculo , vino præsertim ut J. **BAVH-**
NVS (6) & **TABERNÆMONTANVS** aut **AV-**
THOR IN ILLVM COMMENTANS (7) recen-
fent , infusa alvum laxant atque bilem evacuant.
Dum porro amaricie sua leni **Chylum & sanguinem**
spissiorem attenuat; quidni etiam capax erit
eiusmodi planta sive in pulvere ingesta , sive pota,
seu in sorbitionibus sumpta , Lactis ubertatem

pro-

provocare. Evidem SIMON PAVLI⁽⁸⁾ hunc effectum in dubium vocat, stipatus forsitan opinione DODONÆI⁽⁹⁾. Sed aliorum authorum TABERNÆMONTANI⁽¹⁰⁾, TRAGI⁽¹¹⁾ &c. pronunciata non videntur esse spernenda. Siquidam foliis talis competit virtus, cur non & eadem (cæteris paribus) a floribus poterit expectari, ut hoc etiam afferit TRAGVS⁽¹²⁾ atque TABERNÆMONTANVS⁽¹³⁾. Tusa hanc plantam in inflammationibus & tumoribus prodesse docet SCHWENCKFELDT⁽¹⁴⁾ TABERNÆMONTANVS⁽¹⁵⁾ & TRAGVS⁽¹⁶⁾.

(1) IN INSTITUTIONIBUS R. H. cl. 3. f. 4. g. 7. Polygala est plantæ genus, flore monopetalo, anomalo, personato, posterius non perforato, anterius in duo labia distincto, quorum superius bifidum est, inferius vero pulchre fimbriatum. Ex floris ima parte surgit pistillum, quod deinde abit in fructum compressum, bifarium dehiscentem, in duo loculamenta divisum & seminibus foetum oblongis: fructus autem involvi solet calyce ipso floris ex quinque foliis constante; tribus nempe exiguis, & duobus amplioribus quæ deinde fructum complectuntur alarum instar.

Polygala vulgaris, C. B. Pin. 215. Polygalon multis, I. B. 386. Polygala cærulea, Tabern. Icon. 831.

Polygala alba, Tabern. Icon 831.

Polygala purpurea, Tabern. Icon. 831.

Polygala major, C. B. Pin. 215. Polygala vulgaris major, I. B. 3. 387. Polygala major cærulea, Tabern. Icon. 829.

Polygala major alba, Tabern. Icon. 829.

Polygala major purpurea, Tabern. Icon. 830.

- (2) IN LIB. I. DE STIRPIBUS GERMANIÆ, c. 296. Ego illam Polygalon Dioscoridis esse puto.
- (3) Nomen accepit apud Germanos, **Creuß Blümlein**/id est Ambarvalis Flos. Appellari siquidem sic contingit, quod festis Ambarvalium diebus præcipue vigeant, ac rusticæ virgines, ex his, plerisque locis tunc coronas sibi nectant. Ambarvalia autem festa sunt, quæ Romana Ecclesia dies appellat Rogationum; Germanis **Creuß-Tagen**/ tunc enim arva a sacerdotibus & populo lustrantur.
- (4) IN EPIST. L. 3. Ad Aretium Theologum Bernensem, Chartæ inclusam mitto herbulam, cuius nomen a Te peto, Germanicum aut vernaculum. Pingitur a Trago, nescio jam quo nomine. Latinum nondum invenio, nec de ejus vi hactenus quicquam proditum est. Si manipulus ejus per noctem in vino maceretur, idque bibatur, bilem per alvum mire dejicit, nullo periculo, ut ego sum in memet expertus. Est autem per amara, unde ego Amarellam vocitare soleo. Et in SUBSEQUENTE EPISTOLA hæc habentur. Gratum fuit, quæ de noninibus Polygali Tragi & Rosmarini palustris (ut vos vocatis) ad me scripsisti, cognoscere. Priorem ego a sapore Amarellam voco: cæruleam præsertim, cuius vim in purgando expertus, hausto vino in quo maduerat.
- (5) Im neu vollkommenen Kräuter-Buch/l. 2. sect. II. c. 110. Es melden die Authores, daß diese Blumen oder Kräuter gar in keinem Brauch seyn / werden mehr zur Lust/ dann zum Nutzen gebraucht.
- (6) IN HISTOR. PLANT. UNIV. tom. 3. l. 29. c. 146. Si manipulus ejus per noctem in vino maceretur, idque bibatur, bilem per alvum mire dejicit, nullo periculo quidem: experientia GESNERI.
- (7) l. c. Ein Büschlein des Krauths über Nacht in Wein ste-
hen

hen lassen / und des Morgens ein halb Becherlein davon
getruncken/ führet die Gall aus frässtiglich.

- (8) IN QUADRIPARTITO BOTANICO, cl. 2. Hæc sit Veterum Polygala, & num effectus nomini respondeat hæreo: Satius itaque, si augendum Lac, potius fœniculo recenti aut illius succo id pertentare quam vel Polygalæ decocto, vel succo. Sed perdifficile est his similibusque medicamentis prolicere Lac nutricibus, quæ plenum plerumque victum requirunt, & id commune cum Vaccis habent, daß wann die Kühne milchen will/ man solches durch die Gurgelnnd Hals thun muß. Cæteroquin post dein non improbo mediocria corporis exercitia, imo maximo commendo illa opere, quæ illi sexui & sorti convenient, in quibus musculi pectorales seu brachium utrumque adducentes potissimum exercentur, ut sunt ducere aut trahere machinas complanandis lodicibus aut mappis, nec non exantlare aquam aut ex puteo haurire eandem; farinam subigere, aut smegmate inunctas telas in fullonica aliqua tundere & lavare, ut mox explicatae & passæ apricationi committantur, nec foßionem interdixerim, modo exercitia hæc cæteroquin valde vehementia, moderata nec diutina nimis sint, ita ut delassatæ recedere cogantur.
- (9) PEMPT. 2. l. 3. c. 10. Cum ad lactis abundantiam facere hanc non constet.
- (10) l. c. Dioscorides schreibt gar Fuß davon/ daß sie einen zusammengehenden Geschmack haben/ und wann man davon trinke/ bringen sie den Säugerin viel Milch.
- (11) l. c. Glauce seu Polygalon vino decoctum & potum extincti lactis ubertatem revocat.
- (12) l. c. Veteres hos flores cum hordeacea farina, sale & oleo in sorbitione decoquebant & ad prædicta (nempe lactis abundantiam obtinendam) usurabant.

- (13) l.c. Die Alten haben gemeldet Blümlein mit Gersten-Mehl / Salz und Baumöhl / abbereitet / gesotten und zu gleichen Brezen gebraucht.
- (14) IN CATAL. STIRP SILESIÆ. Tusa imposita inflammationes & tumores lenit.
- (15) l.c. Man kan auch die Blätter zerstoßen und äußerlich auf die Geschwulst legen. Das gebrandte Wasser hat eben solche Eugend.
- (16) l.c. Polygalon adversus tumores & inflammationes tufum imponi potest. Eadem potest & aqua destillata.

FILIPENDULA.

Floribus in paniculæ modum sparsis , suave quiddam redolentibus, aversoque petalorum mucrone rubentibus,in pratis & pascuis montosis,humilioribus itidem & siccioribus,Vere & æstate, exhilarat FILIPENDVLA, quæ a nodosis & ex filo quasi pendentibus radicibus φυλιπένδυλα, Filipendel audit juxta TRAGVM (1). A quibusdam dicitur οὐράνθη ὡς ἀνθες, quasi flos vinosus,ut habet J.BO-DÆVS a STAPEL (2). Vitifloram sunt qui nominant cum GAZA (3). Saxifragam rubram , rother Steinbrech/ partim a radice rubra, & floribus ante aperturam rubentibus , partim a virtute Lithon-triptica, teste TRAGO (4); aut quoniam in locis montosis & saxosis provenire amat,quidam nominant. In quibusdam locis Germanice appellatur Wild-Garben/ i.e. Millefolium sylvestre asserente JO. BAUHINO (5) & TRAGO (6). Non dicam jam de aliis appellationibus, quæ huic Vegetabili tribuntur , dum λεύκανθος quasi λευκὸς ἄνθος sermocinante TRAGO (7), dicitur, & Scrophularia , Hæmorrhoi-

hoidaria, Haarstrang/Erdeichel salutatur. Hujus jam plantæ, quam Galli etiam *Filipendule* appellant, flore rosaceo, ut docet TOVRNEFORT, (8) gaudentis, usus vix non omnino exolevit, cum tamen & radix & herba & flores in usum cedere apta nata sint. Continere hoc vegetabile videtur sal Aluminī persimile mixtum plurimo sulphuri, sicuti & analysi per ignem multum acidi, terræ & olei exhibet, uti recenset TOVRNEFORT (9), qui porro docet, quod sit saporis parum salaci, glutinosi atque adstringentis, odore quoque non destituitur ; & chartam cœruleam rubedine inficiat, id quod tamen juxta eundem (10) magis præstat radix. Tota planta, quæ a quibusdam, dum adhuc tenera est, in acetariis usurpatur, perhibetur gaudere virtute attenuante abstergenteque, unde in tartarea pulmonum mucilagine, renum, vesicæ atque articulorum resolvenda conducit. Imprimis autem virtus ei adscribitur Lithontriptica, si quæ datur, externe quoque in calculo celebratur asserente SIMONE PAVLI (11). Commendatur in quibusvis fere affectibus nephriticis præcipue radix, quæ ad urinam pellendam in urinæ stillicidiis atque stranguria utilis existit, uti habet REMBERTVS DODONÆVS (12). Stomachum juvat & flatus dissipat, unde in colica flatulenta usui venire potest, docente etiam illud SCHWENCKFELDT (13). Facultate porro subadstringente gaudet, unde in hæmorrhagiis, præsertim uterinis, depraedicatur, secundum

EUD.MERCATVM (14) LAZ.RIVERIVM (15)
 atque DANIEL. SENNERTVM (16). Magni-
 facit imprimis has siccandi qualitates , & in albo
 muliebri profluvio extollit SIMON PAVLI (17).
 A MERCATO (18) proficua quoque censetur hæc
 radix in dysenteria TABERNÆMONTANVS (19)
 MATTHIOLVS, SYLVATICVS (20) BAYRVS
 (21) & LOBELIVS (22), cum aliis usum ejus sua-
 dent in Epilepsia. Jux.TABERNÆMONTANVM
 (23) prodest in arthritide catarrhis & Lue Vene-
 rea , itidem in affectibus cancrosis atque fistulosis.
 Virtutem anthelminticam possidere sunt, qui cum
 ZORNIO (24) asserunt. Juxta TRAGVM (25) se-
 cundinas quoque pellere fertur; sicuti porro ve-
 nenis adversari & in ipsa peste utilis judicatur, teste
 TABERNÆMONTANO (26). Asthma & tussim
 sublevare idem asserit (27) & ex Plinio TRAGVS
 (28) narrat. Externe non solum in affectibus ocu-
 lorum ad fistulam inclinantibus cum TABERNÆ-
 MONTANO (29) a nonnullis commendatur, sed
 & ad strumas atque Hernias juxta GEORG H.
 VELSCHIVM (30) laudatur, imprimis vero ad
 Hæmorrhoides utilis cum TABERNÆMONTA-
 NO (31) aliisque existimatur. Nec omnino offi-
 cio deerit in urinæ & mensium stillicidio, pronun-
 ciante F. O. GREMBS (32). Quæ jam prolixe de-
 radice ad 3j assumenda dicta sunt , illa etiam foliis
 atque floribus certo modo attribui possunt. AN-
 DREAS CÆSALPINVS Aretinus (33) aquam
 destillatam commendat.

- (1) DE STIRE. HIST. l. 2. c. 122. Vulgo hanc plantam
Filipendulam a torulis illis, qui a radice, tanquam a
filo dependent, nominare solent.
- (2) IN NOTIS AD THEOPHRASTI ERES. HIST. PLANT.
l. 6. c. 7. Οὐαράθη dictam volunt απὸ τῆς ὀνόματος,
vino & flore, quasi flos vinosus, quod odore & qua-
dantenus colore viti sit similis. Malunt alii sic dictam,
quod viti similem florem ferat, vel quod cum vite flo-
reat.
- (3) Utia STAPEL, l.c. rursus loquitur, hinc fortassis do-
ctissimus Gaza vitifloram interpretatus est.
- (4) c.l. Nec non a facultatibus rotensteinbrech hoc est saxi-
fragiam rubeam nuncupant.
- (5) HIST. UNIV. PLANT. Tom. 3. l. 27. c. 81. Wild Garben/
id est millefolium sylvestre.
- (6) c.l. Wilde Garb hoc est sylvestre millefolium nuncu-
pant.
- (7) Im Kräuter-Buch durch Herrn SEBIZIUM heraus ge-
geben / l.c. λεύκανθος quasi λευκός αὐθος, weil die Blü-
lein schön weiß.
- (8) I. R. H. cl. 6. f. 7. gen. 4. Filipendula est plantæ genus
flore rosaceo, plurimis scilicet petalis in orbem positis
constante; ex cuius calyce monophyllo & multicu-
spidi, surgit pistillum, quod deinde abit in fructum fere
globosum, cuius semina in capitulum dolii æmulum
colliguntur.
- Filipendula vulgaris an Molon Plinii? C. B. Pin. 163. Fili-
pendula, I. B. 3. Part. 2. 189. Dod. Pempt. 56.
- (9) HISTOIRE DES PLANTES DES ENVIRONS DE PARIS
HERBOR. 6. Cette plante contient un sel approchant
de l'Aun mais il est mêlé avec beaucoup de souffre,
car par l'Analyse chimique on tire de la Filipendula
beaucoup d'acide de terre & d'huile. Extrait des Re-
gistres de l'Academie Royale de Paris.

- (10) *I. c.* La Filipendula est stiptique, odorante, gluante, d'un gout un peu salé, & rougit assez le papier bleu : la racine le rougit très fort, elle est styptique & un peu amer.
- (11) IN QUADRIPART. BOTAN. *cl. 3.* Si destituimur parietaria vera, herba Filipendula cum malva in fluviali aqua cocta ejus loco uti possumus, ut in calculo renum & vesicæ, lumbis pectinique epithematis loco applicetur.
- (12) IN STIRP. HIST. PEMPT. I. *l. 3. c. 1.* Decoctum radicis urinam & calculos pellit, dysuriæ ac urinæ stillicidio laborantibus prodest.
- (13) IN CATALOGO STIRP. SILES. lib. I. Stomachi inflationes discutit, tormina & intestinorum fatus resolvit.
- (14) DE COMMUNIBUS MULIERUM AFFECTIONIBUS, c. 8. Ad sanguinis fluxiones ex utero facit succus radicis phulypendulæ aut caro ejusdem radicis pondere. 3j.
- (15) PRAX. MEDICINÆ. *l. 15. c. 3.* Inter specifica recensetur radix Filipendulæ & cortex radicis Mori, quorum pulveres exhibentur ad 3j. cum liquore idoneo.
- (16) *l. 4. Pr. p. 2. S. 2. c. 12.* Tandem ad hunc fluxum si stendum proponi solent, præter alia radix bistortæ, tormentillæ, Filipendulæ quæ valde commendatur.
- (17) *I. c.* Imo Filipendula adeo siccata, ut norim muliebri experimento, quandam solius Dauci herbae (quæ Pastinaca nostra sylvestris tenuifolia perhibetur) decocto, in quo 3j. pulveris radicum Filipendulæ sibi ipsi propinarat, a profluvio albo muliebri, paucis intercedentibus diebus vindicatam, quæ in cassum aliquot ampullas electuariorum in eum finem præparatorum, fastidiose absumperat.
- (18) Tom. 3. *l. 3. De INTERN. MORBOR. CUR.* Tanquam peculiare secretum nonnulli consulunt radicis Fili-

Filipendulæ ʒj. contritam & in ovo sorbili præstitam: & de recto præsidiorum artis Medicæ usu l. i. c. 4. Hoc unum tamen in hoc morbo silentio prætermittere nolum, nimirum experientia observatum esse, Filipendulæ radicem pondere ʒj. exhibitam Vino aut exceptum vitello ovi prodesse: cuius profecto herbæ folia & radicis idem beneficium præstare frequenti experimento mihi est compertum.

(19) l. i, DE PLANTIS, c. 2. Die gemeldte Wurzel gespülvert/ und in allen Speisen genützt/ ist eine sonderliche erfahrene Arzneien wieder die fallende Sucht. Wenn man eine Decoction daraus macht / allerdings wie man die Wurzel Chinam zu bereiten pflegt/ und vierzig Tag lang alle Morgen und Abend iiiij. oder v. Unzen davon warm trincket/ und nach der Kräfften Vermögen darauf schwächt/ das vertreibet die fallende Sucht vom Grunde herauf/ wann sie nicht zu tieff eingewurzelt ist. Darneben muß aber auch von der gemeldten Wurzel Speiß. Wasser sießen/ dasselbige zur Speiß und dem Durst zu löschen trincken / und sonst den ganzen Zeit der Cur keinen andern Trank versuchen/ eine gute Diætam und ziemliche Abstinentiam halten / doch zuvor mit gebührenden Arzneien alle Überflüssigkeit ordentlich aufzuführen/ allerdings wie man die Cur von der Wurzel China oder Salsaparilla zu gebrauchen pfleget.

(20) Citante ZORNIO.

(21) Allegante EODEM.

(22) In Hist. STIRP.

(23) l. c. Es dienet auch gemeldte Cur von dieser Wurzel für die Haupt Flüß/ die Glied-Sucht und das Zipperlein, desgleichen wieder die abscheuliche Krankheit des Spanischen Grinds/ welche sie von Grund heraus heylet/ desgleichen den Krebs und Fistel obgemeldter massen gebraucht / oder aber das Pulver in allen Speisen gebrauchet,

- (24) BOTAN. MEDICA. Dienet auch wieder die Bauchs
Würm.
- (25) l. c. Folia Oenanthes cum semine cum vino & melle
decocta & pota secundas ejiciunt. Sunt qui ad eas-
dem cum aqua & melle despumato decoquunt.
- (26) Filipendel-Wurzel allein vor sich selbst in der Speiß ge-
nußet / oder mit Wein getruncken / dienet wieder alles ein-
genommene Gifft.
- (27) Roth Steinbrech zu einem reinen Pulver gestossen/darnach
mit drey Theilen verschauitem Honig zu einer Latrvergen
gemacht / und des Morgens und Abends jedes mahl einer
gemeinen Castanten groß davon genommen / sittiglich im
Mund zergehen lassen / und allgemeinlich mit dem Speichel
hinab geschlucket / vertreibt den Husten und raumet die
Brust und Lunge.
- (28) l. c. Radix in pulverem redacta & melle temperata ut
eclegma fiat, suspiriosis & anhelantibus prodest & tu-
sim tollit, si Plinio credimus.
- (29) l. c. Filippendelwurz-Krauth frisch im Mund gekauet/
heilet die Geschwär der Augen/ die sich zur Fistel schicken
wollen/ übergelegt wie ein Pflästerlein.
- (30) CHIL. I. EXOTER. CURAT. & OBSER. 864. Hernia ex
laboribus duris in rustico solo esu rad. Filipendulae cu-
rata.
- (31) l. c. Wieder den Schmerzen der Feig-Blättern oder gül-
denen Ader ; Nimm einen feinen Aal/ haue ihm den Kopff
und Schwanz ab/ schneide den zu Stücken/ seude den
wohl in Wasser/ und thue dann rein gepulvert Filippendel-
Wurz darzu/ temperies zu einem Säblein/ und salbe die
guldene Ader damit / es stillet den Schmerzen wunderbahr-
lich. Eine höchsthliche Salb die zerheilet die Geschwulst
der Feig-Blättern oder guldene Ader/ leget den Schmerzen/
und vertreibt den Knollen im Hindern. Nimm Filippendel-
Krauth und Wurzelsaft iiiij. Unq/ Lauch-Blätter 1. Lotb/
Rosen-

Rosen-Dehl iiiij. Unz/ frische ungesalzene Butter i. Unz.
 Geude diese Stück über einem linden Feuer allgemächlich
 bis sich die Säffie verzehret haben/ darnach seihe es durch
 ein reines leinen Tüchlein/ darnach rühr folgende Stück/ zu
 einem sehr reinen Pulver / wie einen Saamen-Staub ges-
 stossen und gerieben/ darein/bereiteten Armenischen Bolus,
 Drachen Blut/ Mastix/ Gummi Arabicum, jedes iiij.
 Quintlein/ Myrrhen/ rothe Rosen/ Granaten-Blüth/jedes
 ein halb Loth. Diese Dinge vermischt wohl durch einan-
 der/ so hast du ein über die Massen kostlich bewährte Salb
 zu dem obgemeldten Gebrechen.

(32) IN ARBORE INTEGRA ET RUINOSA HOMINIS, l. i. c. 7.
 Pro foeminis urina & mensium stillicidio laboranti-
 bus incoquitur cum aliis herbis pro infessu.

(33) IN LIB. 14. DE PLANTIS, c. 13. Aqua totius plantæ
 destillata medetur pesti, & venenis, & calculo renuni
 & vesicæ.

NIGELLA STRUM.

Floribus suis purpureis Majo & Junio in ar-
 vis inter segetes vigens observatur a seminis colo-
 re, dictum NIGELLA STRUM, quod quidam
 Gith verum sive Melanthium cum OTHON.
 BRUNFELSI (1) sed falso putarunt juxta DO-
 DONÆUM (2) atque TRAGUM (3). Meliori for-
 san jure Φευδομελάνθιον, Pseudomelanthium cum MAT-
 THIOLO (4) & RUELLIO (5) nuncupatur.
 FUCHSIUS (6) *Lolium* sed minus recte judice
 MATTHIOLO (7) appellat. HIPPOCRATI (8),
 μελαίθιον ἐκ τῶν πυρῶν, Melanthium ex Tritico audit.
 Lychnis arvensis a TABERNÆMONTANO (9)

Lychnis vero segetum a SCHWENCKFELDT
 (10) salutatur. Germanice Raden/Ratten/Korn=
 Raden/Korn=Rosen/Korn=Nägelein/wild Marien=
 Rosen. Gallice Nielle, Nielle des bleds vocatur.
 Recte a TOURNEFORTIO (11) species constituitur
 Lychnidis. Communissimam jam hanc plantam vix
 non omnes susque deque habent. Hoc verum quod
 quandoque nimis abundet inter segetes & panem
 atriorem reddat, interim tamen nec sua destituitur
 utilitate & officinis inferri meretur ut pronunciat
SIMON PAULI (12). Radix videlicet teres lanu-
 ginosa atque incana tanquam specificum remedi-
 um celebratur a DANIELE SENNERTO (13) ad
 hæmorrhagias narium, dum linguae subdita ægri
 ore aliquandiu detinetur aut alio modo usurpetur.
 Stupendam ejus vim in hæmorrhagiis per Daniam
 sœvientibus expertus est **SIMON PAULI** (14) qui
 hac de re suppeditat observationes, mōnens insu-
 per (15) ut Medicinæ studiosi simplicium qualita-
 tes inquirant, nec statim ad composita medicamen-
 ta confugiant. Polia porro cum semine calefa-
 cientis & siccantis juxta DODONÆUN (16) natu-
 ræ, in usum Chirurgicum cedere possunt. Laudan-
 tur ad scabiem & impetigines sanandas, ut habet
FUCHSIUS (17) item in vulneribus glutinandis ac
 fistulis curandis. Strumas digerit & tumores du-
 ros resolvit testante SCHWENCKFELDT (18). In
 pessō cum melle subditum semen menses evo-
 cat juxta HIPPOCRATEM (19), quem usum etiam
 interne præstare dicitur : membris duris nervis-

que

que conduceit annotante LONICERO (20). Virtute quoque anthelmintica gaudere & urinam pellere a ZORNIO (21) afferitur. Juxta DODONÆUM (22) ictero medetur, & juxta TOURNEFORTIUM (23) in passionibus Hystericis prodest. Cum melle virgineo maculas oculorum delere perhibetur, & quæ sunt plures virtutes aliæ.

(1) IN HERBAR. ICON. & EFFECT. tom. I. raps. 43.

(2) STIRP. HISTOR. PEMPT. 2. l. 1. c. 17. Plerique similitudine vocis inducti verum ac legitimum Gith sive Melanthium esse crediderunt, quos a veritate recessisse notius est, quam refelli debeat. A vero siquidem Melanthio non solum foliis, sed & aliis proprietatibus differt.

(3) STIRP. HIST. l. 1. c. 40. Multis μελανθίον, Nigella & Githago dicitur sed perperam, Nigella enim odoratum fert semen.

(4) IN DIOSCOR. l. 3. c. 77. Ex quo quidem colligere possunt Pseudomelanthium sponte inter segetes nascens, quod vocant vulgo Gittoni nullo modo sylvestre Melanthium esse.

(5) DE NATUR. STIRP. l. 3. c. 51. Cæterum aliud omnino genus creditur esse, quod in segetibus passim nascitur, nigellæ cognomento, foliis fere porri oblongis, prælongo culmo, flore purpureo, semine ac toto fructice majus quam Melanthion nec odoratum, quare Pseudomelanthion vocari potest aut Githago.

(6) PLANT. HIST. c. 44. Perspicuum est omnibus Pseudomelanthion hoc esse Lolium.

(7) OBSERV. IN DIOSCOR. l. 2 c. 93. Credit LEONARDUS FUCHSIUS (ut declaravit in suis clarissimis de Stirpium historia commentariis) Pseudomelanthium

quod inter segetes frequens nascitur, legitimum esse Lolium. Id quod (pace sua dixerim) non modo communis doctissimorum virorum, qui in Stirpium doctrina diu versati sunt, sententiae refragatur, sed & veterum scriptis, qui Lolium in spica non calyce, non capitulis Melanthii vel papaveris modo inclusum, semen proferre tradiderunt. Et quamvis Theophrasti auctoritate nitatur, ut sui Lolii effigiem repræsentet, plura tamen ex eo reddidisse videtur, quam ipse usquam in Theophrasto legerim. Qua in re mihi quandoque jocandi fuit occasio, ut dixerim, Fuchsium ideo in Lolio tam manifeste lapsum fuisse, quod forte eo tempore, quo exscribebat, contigerit & Lolium in pane comedisse. Ex vulgata quoque Lolii facultate Fuchsii error deprehendi potest,

(8) περὶ γυναικείων Ι. I. μελανθίον τὸ ἐκ τῶν πυρῶν τρίψας, ὑδάτι Φορύζαι, καὶ πρεσβετὰ δύο παιᾶσαι, Melanthium ex triflico serito & glandes duas subdititias conficito.

(9) I. I. DE HERB. c. 18.

(10) DE STIRPIB. SILES. I. I.

(11) I. R. H cl. 8. S. I. g. 2. Est enim planta flore Caryophyllæo, plurimis scilicet petalis constante in orbem positis cordiformibus, duobus aut tribus foliolis donatis corollam effigiantibus, ex calyce tubulato emergentibus. Pistillum autem abit in fructum oblongum seminibus angulosis foetum.

Lychnis segetum major, C. B. Pin. 204 Pseudomelanthium I. B. 3. 341. Nigellastrum. Dod. Pempt. 173.

(12) QUADR. BOTANIC. cl. 2. Verum enim vero licet ex numero illarum herbarum Nigellastrum sit, quas officinæ non agnoscunt, attamen ex usu esset, post dein in iis venum illud exponi, quippe si quæ plantarum commendatur contra hæmorrhagiam narium facile Nigellastrum primas obtinet.

(13)

(13) *l. i. PRAX. p. 3. S. 4. c. 8.* Radix Melanthii masticata & naribus indita ac de collo suspensa. *l. 5. PRAX. p. 4. c. 14.* Radix Pseudomelanthii sub lingua detenta sanguinem sistit. *l. 2. PRAX. p. 3. c. 7.* Possent fortasse & ea hic usurpari, quæ occulta proprietate sanguinem susterere dicuntur, & inter ea radix nigellæ de qua in practica Kentmanni M. S. hoc habetur. *l. 2. Rad. nigellæ* & si quis habet fluxum sanguinis narium da ei ad masticandum & postquam masticaverit, impone naribus, restinguat sanguinem, hoc similiter facere poteris in vulnere sed magis appropriatum nafo.

(14) *l. c.* Quum anno 1652. non solum per Daniæ regni provincias plerasque sed quoque per accolas Epidemiacæ varii generis febres graffarentur, comitante hæmorrhagia ægris infensa & symptomatica, quæ tandem in multis individuis utriusque sexus, partim in tertianas, partim in quartanas intermittentes desinebant: rogabar ego subinde consilium opemque a multis, quibus quoque auxilio fui Nullum vero generosius & certius præmissis universalibus remedium in fistendis hæmorrhagiis, sola radice Nigellastris comperi, quam etiam nonnulli, cum animadverterent, quantum valeret in hoc affectu, instar amuleti tum temporis adversus hæmorrhagias circumferebant, impense mihi gratias agentes pro revelato hoc secreto, quod citra incantationem ullam tam facile ipsis mederi posset. Nec diffiteor (sed risum teneatis) me nomine hujus criminis aliquando suspectum fuisse ruricolis, nihil minus quam malis, ob clam ipsis usurpatam hanc radicem. Etenim cum ego & conjunx mea Fabricia comitata pedissequa, navim ingressi essemus, ut Haffniam Deo duce abiremus, accidit velis vento datis, nobisque in altum provectis, postquam cœlo oppido æstuoso & squalido (Græci αὐχμὶς appellant) de improviso ac subito, mox

tanta malacia & tranquillitas extitisset, ut loco mori non possemus, dum forte pedissequa illa confidisset in foris navis, ut a Thespis nares illi sanguine stilarent, ita ut grumescente & nares illius obturante sanguine ad fauces idem proflueret. Commodo autem, quod praeter annulum cujus palæ Sardius lapis erat inclusus, Hæmorrhagiis sistendis apprime utilis, in arculis meis medicamentariis quoque recandidissem radicem Nigellastræ, quæ utraque pedissequæ sufficio: Aptare ergo illa annulum, dito annulari seu Medico(jussu meo pala annuli ad palmam prius conversa mox in pugnum colligendam, ut illius colore incalesceret Sardius lapis) subdere quoque linguæ radicem Nigellastræ, nihil horum observantibus aliis mecum navim ingressis: interea tum hæc geruntur, omni cura circumspiciendum mihi erat, quovis modo sisterem sanguinem tam impetuose fluentem. Depromo itaque ex facculo femoralium Joachimicum novum Francofurtensis monetæ, qui casu inter alios prius in manum venerat, projicio eundem in doliolum sale aut aqua marina plenum, ut arte hac probe frigefactum, Joachimicum radici nasi aut glabellæ applicarem. Vix dum hic Joachimicus projectus in doliolum esset, dictum factum sistitur sanguis: tum non bona verba erat audire mussitantibus ac muginantibus inter se vectoribus istis, quibus parum aberat, quin non præstigiator haberer. Quod enim inquiunt congerrones (ignari me arbitrari aut aucupari illorum sermones) Præstigiæ aut Magicæ artes sunt, nescimus, ni specimen illarum est, quod simul ac Medicus illi nulla commutans verba, sed taciturnus conjiceret in doliolum Joachimicum, illo ipso momento nares puellæ stillare desinant? cui respondere aliquis remotius assidens

in foris, respicite vultis Joachimicum, cruce is insignius
tus & oppido recens ab incude monetaria insuper, cui
hoc acceptum ferendum. Ego vero haud ringi, sed
malaciæ pertæsus, oblectabar ipsorum simplicitate
nullo æstu fermentata.

- (15) *I. c.* Cum ergo simplex & unica hæc Nigellastris radix possit ex sententia sistere hæmorrhagias narium, Medicinæ studiosi ultiro dabunt operam, ut sagaciter simplicium qualitates inquirant, nec illico ad composita medicamenta confugiant. Et sane Americani, qui alias apud nos Europæos Barbari audiunt, non male sibi consulere videntur, dum simplicissima medicamenta, multis compositis præponunt, qua de re consulendus Guil. Piso in Histor. Brasil. I. 1. c. 10. ubi inquit. Porro circa medicamenta præparandi modum ab Europæis differunt Americani, quod remedia ex diversis composita admodum aversentur, sed simpliciora in quovis medendi genere amplectantur, quod in plagis his fervidioribus corpora nostra minus composita, non usque adeo irritent: adde quod nuda & genuina efficacia simplicium clarius elucescat, cuius indagationi strenue incubuisse in hoc novo rerum cognitarum mundo, non inferioris fore utilitatis existimo.
- (16) *I. c.* Semen Nigellastris calidum & siccum secundo est ordine satis intenso.
- (17) *I. c.* Mirifice hanc in sanandis impetiginibus, aliisque scabiei generibus commendant. Idem in vulneribus glutinandis ac fistulis curandis.
- (18) *I. c.* Herba cum stercore columbino & semine Lini Vino permixta, strumas digerit aliosque duros tumores maturat ac resolvit.
- (19) *I. c.* μελάνθιον τὸ ἐκ τῶν πυρῶν τρίβαντα λεῖον μέλιτι Φυγάντα προστιθέναι; Ἡ αὐτὸ τῦτο τὸ μελάνθιον τρίβαντα μεῖτὰ τῆς μέλιτος ποιέειν οἵτε βάλανον. πίεσσι δὲ περιπλασσεται σφραγίδεστὸν ἐν σφραγὶ.

Melanthium ex Tritico tenuiter tritum, ac melle subactum
in pessso apponitur. Aut hoc ipsum melanthium cum
melle mixtum in glandem effingito, circum pennam
vero obducito. Medicamentum subdititium efficax.

(20) DE NATURA & VIRIBUS PLANTARUM. Membra
dura nervosque per fomenta, sive infessu aut balneis
aqueis emollit: alii cum surture tritici aut hordei addito
oleo vel aceto, vel vino calidum membris imponunt.

(21) IN BOTANOL. MED. Der Saamen tödtet die Bauch-
Würme/ befürdert den Urin und die Menses, gepulvert mit
warmen Wein eingenommen.

(22) l. c. Octavius Horatianus semen frictum ac tritum ad
auriginem bibendum exhibet.

(23) HISTOIRE DES PLANTES DES ENVIRONS DE PARIS
Herbor. 6. Un gros de la semence de cette plante
mise en poudre & donnée dans un bouillon, ou dans
de l'Eau pendant trois matins, est excellente pour les
vapeurs.

Et hæc pro hac vice sufficient, quæ sin minus
palato eruditorum arrideant, & minus exquisite
elaborata deprehendantur, veniam a B. L. obtenu-
turum me spero, cum, ut desint vires, tamen sit
laudanda voluntas. DEO TER OPTIMO MA-
XIMO sit Laus & Honor in sempiterna secula.

ERRATA.

Pag. 2. lin. 3. post vocem vitiis notetur, p. 13. l. 23. lege videtur. p. 14.
l. 11. & 12. lege glutinandis. p. 15. l. 16. Scribe Bonam. p. 20. l. 17,
deleantur hæc verba pulices abigere creditur. p. 25. l. 5. pro epilepticam
lege pestilenticam p. 31. in custode lege Blat. p. 32. in titulo scribe
Blattaria pag. ead. lin. 19. pro Dodonæo pone Lobelio. p. 34. lin. 4.
loco 12. pone 11. & post lin. 5. adde sequentia (12) IN TRAGUM
p. 2. c. 146. Weil dieses Gewächs zimlich bitter, so ist zu erachten,
es seye warm und trunken, reiniget, säubert, eröffnet, macht den Ko-
der aus der Brust werffen, p. 33. lin. 24. pone pro 874. 858. p. 35.
lin. 11. & 25. legatur, TABERNÆMONTANUS. ead. pag. lin. 27.
Scribe suppeditur, & lin. subseq. dele &c. pag. 36. l. 7. lege vitium
p. 39. lin. ultima lege polygala. pag. 45. l. 31. lege Alun Reliqua
Iphalmata B. L. corrigat.